Schulze, Ernst Heinrich Ferdinand
De Excerptis Constantinianis
qvaestiones criticae.

DE EXCERPTIS CONSTANTINIANIS QVAESTIONES CRITICAE.

DISSERTATIO PHILOLOGICA

QVAM

AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AVCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS

IN

ACADEMIA FRIDERICIA GVILELMIA RHENANA

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

ET VNA CVM SENTENTIIS CONTROVERSIS

DIE X. MENSIS MARTII A. MDCCCLXVI

PVBLICE DEFENDET

ERNESTVS SCHVLZE

GOTHANVS.

ADVERSARIORVM PARTES SVSCIPIENT:

GVILELMVS FIELITZ, SEM. PHIL. SOD. ORD.
CAROLVS HACHTMANN, PHIL. DR.
FRIDERICVS MATZ, SEM. PHIL. SOD. ORD.

BONNAE

TYPIS EXPRESSIT PETRVS NEVSSER.

MDCCCLXVI.

OTTONI JAHNIO

PIO GRATOQVE ANIMO

D. D. D

SCRIPTOR

Constantinus Porphyrogennetus, qui ad anquirendam subtilis doctrinae laudem, quam ad petendam imperii strenue administrati gloriam aptior erat ac propensior, varii argumenti libris componendis ipse dedit operam. Quibus cum effectum sit, ut huius imperatoris studia et litterae eis ignota esse non possint, qui ad illius saeculi historiam tractandam se convertunt, tum eiusdem nomen etiam in antiquitatis monumentis pertractandis apparet. Etenim cum a magnis operibus legendis sui temporis homines abhorrere videret, eorum inertiae ita putavit esse consulendum, ut utilissima quaeque et cognitu dignissima ex varii generis scriptoribus curaret excerpenda. Conficiebantur igitur eo auctore totius artis medicae synopsis, *τῶν Ἱππιατρικῶν βιβλία β′*, *Γεωπονικὰ*[1]) alia[2]). Sed prae hisce animos eorum, qui in veterum scriptorum graecorum operibus legendis versantur, convertit ad se illud eiusdem imperatoris iussu confectum opus, quod ad h i s t o r i c o s graecos pertinet. Dedit enim Constantinus certis quibusdam hominibus negotium, ut ex omnibus quotquot in orbe terrarum in-

[1]) Cf. Fabricii bibl. graec. ed. Harles. Hamb. 1802. vol. VIII. pag. 7 seq.

[2]) C. Wachsmuthius nuper in Mus. Rhen. XVIII. p. 136—138 e codice quodam Ambrosiano protulit indicium, quo quam late pateat illud Constantini studium in veterum scriptis conligendis positum discimus. Praeposita enim Pseudo-Plutarcheo de vita et poesi Homeri libro illic leguntur haec „*τοῦτο ἐκ παλαιῶν ἀνδρῶν ὁ Πορφυρογέννητος συναθροίσας ἐκδέδωκεν.*“

venirentur historicis non modo remotioris antiquitatis, verum etiam saeculorum proximorum ea, quae sub unum generalis cuiusdam normae conspectum caderent excerpta singulis voluminibus comprehensa proponerent.

Quinquaginta tres igitur excogitabantur tituli, sub quibus quaecunque erant ab historicis scripta suum quidque locum inveniret; simul res ita instituebatur, ut huc illuc, ubi narratio propter rerum diversitatem subito finiebatur, qui legit alterius tituli nomine adscripto ad alterum relegaretur volumen.

Cuius operis amplissimi partem maximam cum pauca saecula delevissent, aliqua pars ab interitu vindicata est cum Fulvius Ursinus: „Ex libris Polybii Megalopolitani Selecta de Legationibus“ ederet Antverpiae anno 1582 [1]. Accesserunt „Eclogae Legationum Dexippi Atheniensis, Eunapii Sardiani, Petri Patricii et Magistri, Prisci Sophistae, Malchi Philadelphensis, Menandri Protectoris“ a Davide Hoeschelio Augustae Vindelicorum typis consignatae a. 1603. Prooemium huic Legationum parti praefixum quale fuerit Constantini in hoc opere instituendo consilium declarans nomina scriptorum, quorum secuntur excerpta, exhibet. Tum anno 1634: „Polybii, Diodori Siculi, Nicolai Damasceni, Dionysii Hal., Appiani Alex., Dionis et Ioannis Antiocheni excerpta ex Collectaneis Constantini“ Parisiis edidit Henricus Valesius, partem tituli qui vocatur *περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας*, comprehensi codice Peiresciano, publici iuris faciens. Hoc saeculo Angelus Maius *ὑπόθεσιν περὶ γνωμῶν* e palimpsesto vaticano edidit inclusam Scriptor. veter. nov.

[1]) Hic liber, quem brevitatis caussa Urs. litteris notabo, praeter Polybii etiam Dionysii Halicarnassensis, Diodori Siculi, Appiani Alexandrini, Dionis Cassii excerpta continet.

coll. tom. II. Nec minus ad idem opus putantur pertinere quae fragmenta Polybii, Dionysii Hal., Polyaeni, Dexippi, Eusebii Carolus Muellerus a Minoide Mina in monasterio Athonis montis inventa emisit in appendice Flavii Iosephi a G. Dindorfio Parisiis anno 1847 editi. Sed quia Minas in hac re ita sese neglegentem praebuit, ut quae edita essent, quae non edita, non satis curans, nonnulla, quibus adhuc caremus, non describeret, codicis inscriptionem non accurate exprimeret, dubitari saltem potest, utrum Muellerus verum viderit necne iudicans illas obsidiones et pugnas eam conficere operis Constantiniani partem, quae inscribitur *περὶ στρατηγημάτων* [1]). Quas dubitationes adauget, quod scriptores admissi sunt ei, quorum in reliquis partibus mentio facta non est; quamquam in eis eligendis virorum doctorum, quibus singulae magni operis particulae erant concinnandae, studium et voluntas varietatis poterat caussa exsistere.

E codice mausolei Escorialensis idem C. Muellerus *περὶ ἐπιβουλῶν κατὰ βασιλέων γεγονυιῶν ἐκλογὰς* e Nicolao Damasceno, Ioanne Antiocheno[2]), Georgio Monacho, Diodoro Sic., Dionysio Hal., in quem librarius incuriosus Polybii magnum inseruit excerptum, delibatas Fragmentis histor. gr. vol. II. pag. VII—XLII. adiectas edidit[3]) a. 1848.

Sic cum quinque tituli, quamvis ne ei quidem integri,

[1]) Cf. Vales. p. 34, 41, 437. Muell. fragm. historic. gr. II. XXXIX. Dionys. Hal. ed. Sylb. not. p. 84, v. 41.

[2]) Quae eius generis excerpta ad Ioannem Antiochenum pertinent, iam prius erant vulgata in Crameri anecd. graec. e codd. mss. litt. reg. Paris. Oxonii 1839. II. p. 1—86.

[3]) Eadem fragmenta sua ipsius cura ex libro hispanico descripta separatim edidit Aug. Federus Darmstadii anno 1839, altera editione repetiit et auxit a. 1855.

ad nos pervenissent, nomina[1]) reliquorum nonnulla partim e prooemiis, partim e notis marginalibus cognovissemus, in universum de Constantini instituto licet iudicare. Itaque cum non solum ei, qui illorum excerptorum parabant editiones, verum etiam aliis locis alii de imperatoris consilio suffragium ferrent, in diversissimas partes discessum est. Nam laudabatur ab aliis[2]) Constantinus, quippe qui bonis litteris in oblivionem labentibus lapsisve salutem attulerit eiusque consilium studiumque comprobabatur[3]), vituperabatur ab aliis[4]), quippe qui ipso illo instituto effecerit, ut illorum scriptorum opera integra neque legerentur neque describerentur.

Hoc certe factum esse constat factumque eo magis dolendum est, quod nisi perexigua illorum excerptorum pars, nihil ad nostram aetatem pervenit; unde fit, ut imperatorem de litteris bene mereri voluisse non negantes, rationem qua utendum esse censebat, quia bonum eventum habere non poterat, improbemus.

Sed utut de totius operis iudicamus instituto, quia multorum scriptorum libri nisi Constantino auctore mi-

---

[1]) Conlegit titulorum nomina Fabricius in bib. gr. VIII, 8—9; in eo tamen numero falso positus est *περὶ ἑλληνικῆς ἱστορίας* titulus; is enim, ut cum aliis comparatus mire videtur excogitatus, ita apud Vales. pag. 470 ubi unice invenitur, neque litteris maiusculis exaratus, neque ad reliquorum exemplum compositus est; non enim legitur *ζήτει ἐν τῷ*... sed *ζήτει τὰ λείποντα περὶ ἑλληνικῆς ἱστορίας*. cf. etiam Mueller. fr. hist. gr. III. p. 345. Quae postea accesserunt titulorum nomina ea Maius l. l. p. XIII. proposuit.

[2]) Cf. Vales. praefat.

[3]) Fabricius b. gr. VIII, 7. Heeren. op. hist. IV, 188. Gottingae 1822. Schoell. hist. de la litt. gr. VI. 409. ed. II.

[4]) Schweighaeuser. Polyb. I. p. IX. Mart. Hankius „de Byzant. rer. script. gr. Lipsiae 1657. p. 479.

nutim discerpti et discissi ad nostram memoriam propagati non sunt, magni illa excerpta facienda et si non ad integritatem operis revocari possunt, tamen ad pristinorum librorum formam quam maxima cura refingenda sunt. Quod quidem negotium ut magnis intricatum sit difficultatibus duae potissimum caussae efficiunt. Primum enim particularum in quinque voluminibus perscriptarum ordo, ut ad unius operis decursum refingatur, rerum temporumque rationes propter fragmentorum brevitatem saepissime incertae explorandae et leges, quas sibi quisque scriptor in rebus distribuendis aut semper aut plerumque observandas scripsit, investigandae sunt. Deinde ab excerptoribus de industria genuina scriptura mutata est; nam et capita excerptorum, ut sententiarum nexus aperiretur, et clausulas, ne rerum eventus ignoraretur, prout libuit conformaverunt: quin etiam non dubitabant in mediis excerptis nonnulla resecare, quae minus ad rem facere opinabantur. Equidem vero cum Polybii historiis legendis operam darem, in libris posterioribus saepissime de excerptorum et loco et verbis dubitationes oriri gravissimas videbam; quas quoniam non ita omnes ab editoribus sublatas esse sentiebam, ut quodcunque studium in illis quaestionibus retractandis poneretur, id tamquam in rem omnibus numeris absolutam insumptum videretur perire, duo mihi hic proposui exsequenda. Primum enim agam de nonnullis excerptis g n o m i c i s iusto loco conlocandis, deinde inquirens in archetypum, cuius ope excerpta de l e g a t i o n i b u s ad nostram aetatem propagata sunt, ex magno mendorum, quae libros manu scriptos obsident, numero tollam nonnulla.

———————

De excerptis gnomicis.

Fuisse in opere Constantiniano partem quandam, quae *περὶ γνωμῶν* inscribebatur, iam diu erat notum [1]; hanc, quae sub Aristidis orationibus et Platonis Gorgia sepulta latebat, e palimpsesto primus edidit Angelus Maius Romae a. 1827. Cum vero opus tanta festinatione absolveret, ut quo quaeque lectu erant faciliora, ita prius ea typis tradens, iteratis curis, quae non statim legere poterat, pertractare nollet [2]), aliorum [3]) emendandi studio permulta reliquit efficienda. Itaque I. Geelius, qui „Po-

---

[1]) Apud Val. Diodori verbis p. 225 „*τὴν Πυθίαν ἀποφθέγξασθαι ἔπη τάδε*“ subiciuntur haec „*ζήτει ἐν τῷ περὶ γνωμῶν.*“ Ib. p. 258. post haec: „*τοῦ δὲ Λυσιμάχου τὸ Μακεδονικὸν εἰπόντος*“ secuntur „*ζήτει εἰς τὸ περὶ γνωμῶν;*“ utroque loco quae desunt nunc licet supplere.

[2]) Cf. p. 432. n. 2 „Vexatissima in codice lectio. Ego vero quod mihi legere videor scribo. Et quidem si paulo maiore otio abundarem, neque preli opera instaret, urbis huius nomen expleturum me sperabam.“

[3]) Egerunt de emendandis exc. gn. Orellius in indice lect. Tur. 1834, Campius in quaest. Polyb. part. I. Progr. Neu-Rupp. 1849. part. II. Progr. Greiffenberg 1855, Naberus in Mnem. VI, Cobetus in Mnemos. XI. Qui cum multos locos optime emendaret, uno tamen verum minime videtur esse adsecutus. P. 751. 10. enim historici ei, qui terrarum naturas, magistratuum rationes, populorum ingenia plane ignorantes, librorum tantum lectione freti ad opera componenda accedunt, comparantur cum medicis, qui declamando se artemque suam audientibus venditantes morborum curandorum usum habent nullum; *οὗτοι*, ait, *μετὰ φαντασίας ἐπιπορευόμενοι τὰς πόλεις, ἐπειδὰν ἀθροίσωσι τοὺς ὄχλους* (Orell.) *ἐπ' ὀνόματος τοὺς ἐπ' αὐτῶν τῶν ἔργων ἀληθινὴν πεῖραν δεδωκότας αὐτῶν εἰς τὴν ἐσχάτην ἄγουσι ἀπορίαν.* Hoc loco Cobetus cum post *ὄχλους* adderet *τούς*, ut *οἱ ἐπ' ὀνόματος* homines sint, qui nomen sibi pepererunt — *ἐπ' ὀνόματος* vero paene semper est „nominatim“ cf. 706, 3. 755, 29. 1137, 13. — id intulit in textum, quod si scriptum invenisset, quia bis idem dicitur, removendum censuisset. Exspectamus aliquod vocabulum hic poni, quo circula-

lybii historiarum excerpta Vaticana in titulo de sententiis" Lugduni Batavorum a. 1829 et I. F. Luchtius, qui „Polybii et Appiani historiarum excerpta Vaticana" Altonae a. 1830 denuo ediderunt, multos locos certa ratione correxerunt. Sed quia nimis multa a Maio perperam descripta erant, ut firmum critici fundamentum nanciscerentur, ipse codex iterum erat adeundus. Quod cum frustra tentasset Cobetus — numerum enim libri Maius celaverat — Theodoro Heysio contigit, qui codicis vaticani n. 73. legendi negotium ita sibi imposuit, ut quaecunque in eo inessent Polybiana summa diligentia exploraret. Huius labori molestissimo ut multa verba nunc demum accurate descripta integrosque versus plurimos, quibus legendis Maius par non erat, debemus, ita hoc referimus acceptum, quod etiam ea excerpta, quae in quinque priores libros incidunt, et ea, quae inter reliqua fragmenta iam legebantur edita, manibus tenemus.

Haec excerpta reliquis, quae a Schweighaeusero [1]) accuratissime et plenissime conlecta sunt, inserebantur in editione Polybii et Appiani Didotiana [2]) a. 1839 et in Polybii editione ab Immanueli Bekkero Berolini a. 1844 in lucem emissa. Hanc equidem respiciens quae de ordine excerptorum melius informando habeo, proponam.

Aliorum historicorum libros si quis excerptis conqui-

---

toria illorum hominum volubilitas eorumque iactantia veris medicis molesta significetur. Hunc sensum adipiscimur pro *ἐπ' ὀνόματος* scribentes *ὑπὸ κομπάσματος*.

[1]) Eius editionem, quae Lipsiae a. 1789—1795. novem voluminibus comprehensa prodiit „Schw." nota significabo.

[2]) Hunc librum quod non vidi mihi incommodo esse non puto, cum Heysius eius numeros in suo libello perscripserit.

sitis sibi sumit ad integri operis seriem reformandos, rem plerumque tractabit quae et difficilior sit, quam Polybianarum reliquiarum conlocatio et minorem praebeat fructum; plurimi enim ita scribunt, ut rerum temporumque rationes non semper easdem teneant. Polybius contra, qui magno opere hoc sibi sumpserat demonstrandum, iure et merito orbis terrarum imperium quinquaginta fere annorum spatio ad Romanos esse translatum, cum multorum populorum res gestae narrando essent comprehendendae, certas sibi constituit in rebus distribuendis leges, ut et singula per se spectata possent intellegi et quae eis cum opere universo intercederet ratio perspiceretur. Quod ut consequeretur, posteaquam proemii loco bellum punicum primum perscripserat et narrationem rerum Romanarum usque ad cladis Cannensis tempus deduxerat, etiam reliquorum populorum historia ad idem usque tempus exposita, hinc [1]) iam omnium populorum res, quippe communi vinculo conexas, singulis annis coniunctim tractabat.

Sed ne in singulorum quidem annorum historia scribenda temere vagabatur Polybius, sed ut ipsius verbis utar (p. 1160. 13.) *πάντας διῃρημένος τοὺς ἐπιφανεστάτους τόπους τῆς οἰκουμένης καὶ τὰς ἐν τούτοις πράξεις, καὶ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἔφοδον ἀεὶ ποιούμενος κατὰ τὴν σύνταξιν τῆς ἐξηγήσεως* in uno omnia conspectu ponere studebat. Illam vero viam, quam omnibus annis eandem se tenere dicit, ita secutus est, ut primo loco quae Romae et in Italia gesta erant, poneret, hisce res Graecorum subiceret, unde

---

[1]) Cf. Pol. ed. Bek. p. 328. 3. *ἐγένετο δὲ ἡ συμπλοκὴ τῶν πράξεων . . . . κατὰ τὸ τρίτον ἔτος τῆς ἑκατοστῆς καὶ τετταρακοστῆς ὀλομπιάδος.* ib. 417, 14. 1174, 21.

in Asiam reliquasque terras sibi transitum parabat; neque violasse hanc normam videtur, nisi cum apud populum quendam certo anno perpauca memoratu digna evenerant[1]). Ad hanc distributionis aequabilitatem cum librorum numeri in codicibus nonnunquam notati accederent, factum est, ut verum ordinem editores saepissime excerptis redderent. Excerptorum vero gnomicorum ideo deterior est caussa, quod librorum numeri fere nunquam adscripti, ipsa saepe perbrevia sunt, ut rerum nominumve adminiculis in loco definiendo optimis careamus.

Quae cum ita sint diligentissime omnia erant circumspicienda, quae Livii historiae ad ordinem indicandum conferunt; deinde cavendum est, ne quae res a populo quodam gestae sunt, excludantur a reliquis quae eodem anno de illo rettulit Polybius; is enim persaepe talia adscribens, quale hoc est „καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἐν τούτοις ἦν" (p. 1031. 11.) et „καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Πελοπόννησον ἐν τούτοις ἦν" (p. 1158. 25.)[2]) iam alio se narrationem transferre indicat. Prae ceteris vero excerptorum quam codex exhibet series observanda est. Quoniam enim rem ita instituerunt illi, qui has partes ex integris operibus excerpserunt, ut consulto pristinum rerum ordinem non perturbarent, hoc semper tenendum est, quae in uno volumine insunt, ea transponendo non licere confundere,

[1]) Ita p. 784. 18. excusationem petit, quod complurium annorum res Aegyptiacas uno loco complectitur.

[2]) Cf. quae de hac rerum distributione praeclare Nissenus disputavit in libro, qui inscribitur: „Kritische Untersuchungen über die Quellen der vierten und fünften Decade des Livius" Berlin 1863. p. 66. not. Idem p. 325—339 permultis excerptis iustum locum adsignavit.

nisi certis firmisque argumentis demonstratum sit, rerum ordinem sive ab excerptoribus sive a librariis esse eversum. Hoc vero, quod in omnia illa excerpta cadit, id in excerptis gnomicis singulari quodam iure valet. Etenim postquam Heysii beneficio etiam superiorum quinque librorum excerpta accepimus, omnia ad ipsius operis cursum procedere cognitum est; praeterea autem, quoniam etiam in reliquis libris saepe factum est, ut compluria excerpta gnomica ex maiore aliqua operis parte delibata sint, tot exemplis codicis quae sit hac in re fides comprabatum est, ut de ordine turbato vix videatur posse cogitari.

His ita disputatis converto me ad excerptum, quod legitur p. 1048. 8. „*ὅτι πολλὰ τῶν ἐπινοημάτων κατὰ μὲν τὸν λόγον φαίνεται πιθανὰ καὶ δυνατά, παραγενόμενα δὲ εἰς τὴν χρείαν, καθάπερ τὰ κίβδηλα τῶν νομισμάτων εἰς τὸ πῦρ, οὐκέτι ποιεῖ τὸ ἀκολουθοῦν ταῖς πρώταις ἐπινοίαις.*“ Hoc suo loco depulsum Bekkerus in libri finem reiecit; verum enim locum obtinet p o s t illud excerptum [1]), quod est de Perseo Eumenis regis societatem expetente (p. 1031. 23.), a n t e illam orationem, qua Aemilius Paullus consul (p. 1041. 6. Liv. XXXXV. 8. 6.) Macedonum regis captivi sortem ante oculos ponens militibus, eos adhortatur, ut rebus secundis modice uti discant [2]). Non igitur potest

---

[1]) Interpositum est aliud, quod quia de historici officio agit, ad tempus locumque definiendum non facit.

[2]) Diodorus Siculus, qui ut alia, ita haec lib. 30. 31. e Polybio in suum usum transtulit, in his „*τοὺς μὲν ἐν ταῖς ἰδίαις ἀτυχίαις, τοὺς δὲ ἐν ταῖς τῶν ἄλλων διδάσκεσθαι*“ importunum nactus est castigatorem Herwerdenium. Is enim, cum et ipse Vaticani palimpsesti eas partes, quas Heysius praetermiserat, ex-

esse dubium, quin ad res Macedonicas a. 586/168 illa verba pertineant: Sed etiam arctioribus finibus quo loco ponenda sint circumscribi potest; Livius enim haec verba sua fecit scribens (XXXXIIII. 41. 4.) „nam sicut pleraque nova commenta mortalium in verbis vim habent, experiendo, cum agi, non quemadmodum agatur edisseri oportet, sine ullo effecto evanescunt, ita tum elephanti in acie nomen tantum sine usu fuerunt." Sed si hunc Livii locum diligentius examinamus, plurimas movet dubitationes; neque sententia vera, nec sententiarum nexus sanus est. Nam qua tandem ratione Livius elephantos in aciem productos pro novo poterat habere commento? Plus saeculo praeterlapsum erat, cum Pyrrhus in Italiam elephantos duxerat; inde ab eo tempore in Sicilia, Africa, Graecia, Asia Romani multa commiserant proelia, in quibus aut ipsi has beluas in hostes immiserant, aut earum vim propulsare conati erant. Iam vero si elephanti et sociorum alae (§ 3.) in dextrum Macedonum cornu inducti, ut hinc primum fuga hostium oriretur, effecerunt, quid est quod „vanum nomen" illi dicantur? [1]) His perpensis tamen ad Crevierii sententiam, illa aliunde huc irrepsisse censentis non possum accedere, quia Polybii verba aperte in latinum sermonem a Livio

---

cussisset, in „Spicilegio vaticano" Lugduni Batavorum a. 1860 edito permultas in Diodorum coniecturas proponens illo loco (p. 83.) praepositionem bis delevit. Prorsus praeter necessitatem, Pol. enim p. 1041, 17 scripsit *τοὺς μὲν ἐν ταῖς ἰδίαις ἀτυχίαις παιδεύεσθαι, τοὺς δὲ ἐν ταῖς τῶν πέλας.*

[1]) Argutatur Doeringius ad hunc locum scribens, elephantorum usum vere sine effectu fuisse, nam socios nominis Latini, elephantorum impetum subsecutos, laevum cornu pepulisse. Drakenborchius iam ante eum verba mirum in modum coniungens corruptelae suspitionem removere conatus erat.

versa ad idem pugnae apud Pydnam commissae tempus nos perducunt. Ego vero corruptelae sedem indagans cum viderem Livium Polybiumque de novo quodam commento dixisse, quod sine ullo effectu evanuerit, non de Romanis, quibus omnia ex sententia processerunt, sed de Macedonibus sermonem esse mihi persuasi. Exciderunt igitur, ut in ultimis his Livii libris saepe factum est, post § 3. nonnulla, quibus Macedonum quaedam ad eludendum elephantorum impetum excogitata machinatio describebatur, quam postquam nullum praestitisse usum dictum est, sententia illa generalis „nam“ particula apposita poterat subiungi.

Quae ubi ita se habere ratiocinatione mihi persuasi, ecquid traditum sit a veteribus scriptoribus ad inlustrandam sententiam meam aptum, quaesivi. Nec frustra eos, qui talia narrare solent, auctores adii. Polyaenus enim in quarto Strategicon libro c. 21. (Polyaen. ed. Woelfflin. Lips. 1860. p. 169. 27.) habet haec „*Περσεὺς, Ῥωμαίων ἐλέφαντας ἀγόντων, τοὺς μὲν ἐκ Λιβύης, τοὺς δὲ Ἰνδοὺς παρὰ Ἀντιόχου Συρίας βασιλέως, ἵνα μὴ καινὸν καὶ φοβερὸν τοῖς ἵπποις τὸ θηρίον φανείη, προςέταξε τοῖς χειροτέχναις εἴδωλα ξύλινα κατασκευάζειν, ἐλεφάντων ἰδέαν καὶ χρόαν ἔχοντα. Ἐπεὶ δὲ ἡ κλαγγὴ τοῦ θηρίου μάλιστα δεινὴ, προςέταξεν εἰς τὸ ξύλινον εἴδωλον ἐμβαίνειν ἄνδρα αὐλὸν ἔχοντα, ὃς, διὰ τοῦ στόματος τὸν αὐλὸν ἰθύνων, ὀξὺν καὶ ἀπηνῆ φθόγγον προΐηται. Οὕτως ἔμαθον οἱ Μακεδόνων ἵπποι καταφρονεῖν τῆς ἐλεφάντων κλαγγῆς.* Haec Polybii Liviique verbis lucem affundunt simulque comprobant Polyaenum saepius, quam adhuc animadversum

est[1]) Polybii historiis usum esse; rem vero eandem ab aliis quoque memoriae proditam esse e Zonarae annalibus (IX. 22. Wolf. II. 107. D.) discimus de Perseo haec scribentis „*πρὸς τοὺς ἐλέφαντας τῶν Ῥωμαίων φάλαγγα ὁπλιτῶν ἠσκήκει, ὀξέσιν ἥλοις τὰς ἀσπίδας καὶ τὰ κράνη σιδηρώσας αὐτῶν· ὅπως δὲ μήτε τοῖς ἵπποις φοβεροὶ εἶεν, εἴδωλα ἐλεφάντων σκευάσας δεινὴν μὲν ὑπὸ χρίσματός τινος ὀσμὴν ἔχοντα*[2]), *φοβερὰ δε καὶ ὀφθῆναι καὶ ἀκουσθῆναι ὄντα (βροντώδη γὰρ ἠφίει ἠχήν τινα ἐξ ἐπιτηδεύσεως), πρὸς ἐκεῖνα προςῆγεν αὐτοὺς συνεχῶς, μέχρις οὗ καὶ ἐθάρσησαν.*" Apud Livium igitur ante § 4. lacunae signum ponendum est, eiusdem vero paragraphi verba ultima traxerunt labem, quam quomodo abstergam nescio, „elephanti" autem vocabulum ut corruptilae sedes notandum est.

Tenuia eiusdem rei narratae indicia mihi etiam apud scriptorem quendam videntur superesse, cuius opusculum multis et gravibus corruptelis depravatum est. Lucius Ampelius enim in libro memoriali cap. XVI. (ed. E. Woelfflin. Lips. 1854 p. 15. 15,) haec habet „Perses Philippi filius, cum maximis copiis Macedoniis * * et cum in Graeciam impetum fecisset, cum inanibus elephantorum simulacris a Marcio consule apud Ascuridem paludem victus, praecipitatis in mare thesauris profugit." Tantopere ipsum Ampelium illa, ut nunc leguntur contraxisse non puto; quis enim haec intellegit: „cum inanibus elephantorum simulacris . . . . victus?" Mihi

---

1) Cf. quos conlegit locos e Polybio ductos Wölfflinus p. 360.

2) Cf. Appian. Hann. 7. ed. Bek. p. 117, 9. *οἱ μὲν Ῥωμαίων ἵπποι τοὺς ἐλέφαντας, οὐ φέροντες αὐτῶν οὔτε τὴν ὄψιν οὔτε τὴν ὀδμήν, ἔφευγον.*

veri videtur simillimum esse, etiam hunc scriptorem de Persei egisse commento, quo equos elephantorum adspectu adsuefacere studebat. Sed quia ne reliqua quidem satis sana sunt, neque paucis verbis ad hanc sententiam dilucide exprimendam opus est, manum abstineo satis habens monuisse qui sensus mihi in illis verbis quaerendus esse videatur [1])

Libri tricesimi primi reliquiis Bekkerus excerptum quoddam gnomicum ita subiecit, ut, quia iam antea (p. 1084.) Demetrii, qui Seleuci patris obses diu Romae retentus erat, fuga erat narrata, ad annum 592/162 [2]) pertinere videatur. Illud vero sic incipit (p. 1088. 3.) „ὅμοιοι γάρ εἰσιν οἱ τὴν Περαίαν κατοικοῦντες τοῖς οἰκέταις τοῖς ἐκ τῶν δεσμῶν ἀνελπίστως λελυμένοις, οἵτινες ἀπιστοῦντες τοῖς παροῦσι μείζω μὲν λαμβάνουσι τῆς κατὰ φύσιν κινήσεως κτἑ. Et primum quidem quid sit Peraea si quaerimus, etiamsi in Stephani Byzantii Ethnicis s. v. Περαία haec legantur „πολίχνιον Συρίας. ἔστι καὶ χώρα Κορίνθου Περαία λεγομένη“, in Plinii vero naturali historia V. 15. Syriae pars Arabiae et Aegypto proxima Peraeae nomine appelletur, tamen dubium non est, quin Polybius Cariae oram significaverit. Haec enim regio illo nomine

[1]) Wölfflinus, cum in „quaestion. crit. et hist. de Lucii Ampelii libro memoriali“ quae dissertatio Gottingae prodiit a. 1854 de singulorum capitum fontibus disputaret Nigidii Figuli, Cornelii Nepotis, Iulii Flori opera et pauca alia indagans, nescio quo vel errore vel consilio caput decimum sextum praetermisit.

[2]) Illius anni auctumno Demetrium fugisse, cum post auditam Cn. Octavii legati mortem (P. 1079. 32.) quae P. Scipione Nasica C. Marcio Figulo cos. (Obsequens. c. 74.) evenit, in Syriam reverti constituisset, Clintonus in Fast. hell. III. 323. probavit.

simpliciter posito notari solet [1]); cuius terrae quae fuerit illis temporibus fortuna si quaerimus, satis multa et certa Polybius nobis suppeditat.

Cariam Lyciamque post bellum, quod cum Antiocho gesserant confectum Romani Rhodiis attribuerant auxilii sollertissime lati praemium (P. 950, 32). Haec vero Rhodiorum Romanorumque amicitia valde debilitata est, cum in bello Macedonico Rhodiorum multi, quamquam ut publice subsidia mitterentur non impetraverunt, Persei partibus tamen maxime faverent. Horum igitur legati post Aemilii Paulli victoriam nuntiatam „velut ad ludibrium stolidae superbiae" (Liv. XXXXV. 3. 3. P. 1042. 31.) in senatum introducti, quod non tam pacem conciliare, quam Perseum e calamitate eximere voluerint, graviter vituperati, sine ulla amicitiae mentione dimissi sunt. Proximo autem anno (587/167) cum Rhodiorum legati iterum Romam se contulissent, populi ira ita exarsit, ut nisi pauci [2]) intercessissent, bellum contra illos sumendum decretum esset. Quod periculum cum a patria depulsum viderent domum reversi, ut magni ponderis corona aurea populo Romano decerneretur, effecerunt; quam media fere aestate (p. 1052. 33.) eiusdem anni Theaetetus et Rhodophon senatui tradentes omnes vires ad foedus conciliandum intenderunt. Sed re infecta cum

---

[1]) Cf. Liv. XXXIII. 18. 1. continentis regionem — Peraeam vocant. XXXIII. 35. 10. regionem, quam Peraean vocant. P. 852. 11. *τῆς μὲν περαίας ἐκέλευον ἐκχωρεῖν.* 855, 16. 857, 10; saepe tamen etiam plenius scriptum videmus *τὴν Ῥοδίων περαίαν* Strabo XIV. 3. 664. ed. Cas. XI. 1. 490. P. 1005, 25. 1085, 27. App. Maced. 4. p. 256. 25. ed. Bek.

[2]) Erat in hoc numero Cato, qui Rhodienses nihil tanta poena digni commisisse defendit, cf. Gellius VI. 3; M. Catonis quae extant rec. Henricus Iordan LXXXV. 21.

domum rediissent, Caunios et Mylassenses seditionem contra Rhodios moventes invenerunt et ubi Rhodii armis cum illis conlatis superiores evaserunt, senatusconsultum, quo Cariae Lyciaeque urbes omnes in libertatem vindicabantur (p. 1052. 25; 1054. 1.), ad eos perlatum est. Quo cum metuerent ne amicitae per magna dona expetitae fructus interiret omnis, de suis rebus valde erant solliciti. Et proximi quidem anni (588/166.) principio inter aliorum populorum legationes victoriam de Macedonibus reportatam Romanis gratulaturas Cauni Stratoniceaeque fugitivos accipimus senatum adiisse (p. 1064. 34.), ut Rhodii ex illis urbibus praesidia deducere iuberentur supplicantes. Quod simulatque consecuti sunt, celeriter domum reverterunt (p. 1065. 5.). Hoc nuntio libertatis, quam suis viribus adipisci non potuerant, a Romanis sibi concessae cum ingens gaudium in Peraeae urbibus factum esse facillime concludamus, non temere egisse eum, qui illud excerptum gnomicum ad hunc locum referret, statueremus, praesertim cum paucis annis interiectis Rhodii, ut Cariae Lyciaeque quae antea tenuerant recipere liceret a Romanis civitati iterum faventibus non frustra petiisse videantur (p. 1071. 2.). Omnis vero de excerpto ita conlocando dubitatio evanescit, si sic demum omnia ad codicis normam progredi reputamus. Monendum tamen est illud *εἶσιν* (p. 1088. 3.) a Polybio non profectum esse, quippe qui non temeritatem et petulantiam tanquam vitium illorum hominum perpetuum notaverit, sed insperatae felicitatis voluptate ad gaudium nimis vehementer prodendum [1]) abreptos esse scripserit. Leni igitur mutatione adhibita ut *ἦσαν* rescribatur suadeo.

[1]) Solet Polybius easdem imagines ac similitudines saepe repetere. cf. *πᾶν γένος δελέατος ὑπηρέτει* 1033, 17. *καταπίοντες*

Multum studii Polybius in eo posuit, ut quorum populorum res scriberet eorum sedes legentibus notae essent perspicuitatem hinc potissimum narrationi conciliari ratus. Neque vero satis habuit in transcursu terrarum descriptiones admiscere operi suo, sed cum nimis longis regionum enarrationibus rerum cursum impedire et divellere nollet, inde ab initio operis [1]) certum locum, quo de geographia uno perpetuoque tenore ageret, sibi constituit. Et quia Strabonis, Athenaei, Stephani Byzantii testimoniis scimus, in libro tricesimo quarto [2]) quae huc spectant plurima infuisse, totum hunc librum his occupatum fuisse concludere licet. Hinc evenit, ut ex eis excerptorum generibus, quae nobis servata sunt, fere nihil — uberrimus enim ille de legationibus titulus ex hoc libro unde augeretur accipere non potuit — ad librum tricesimum quartum referri posset; nisi quod verba

τὸ δέλεαρ 921, 1. 957, 25. 1033, 17. *δυσχρηστήσῃ περὶ τὰ δελέατα* 804, 10. *δελεάζοντες . . τὰ πλήθη* 504, 28. *χάριτι . . δελεαζόμενον* 1156, 30. 1105, 23. Ita ne hanc quidem imaginem hoc uno posuit loco, sed de Thessalis a Philippi imperio liberatis eandem usurpabat, ut Livii verba XXXIX. 26. 8 „velut ex diutina siti nimis avide meram haurientes libertatem, itaque servorum modo praeter spem repente manumissorum licentiam vocis et linguae experiri“ evincunt. Nam ad verbum haec Livium e Polybio sumpsisse ea quae secuntur (8.) „nondum omnium dierum solem occidisse“ comparata cum Diodori (29. 19.) verbis „*ὅτι οὔπω πᾶς αὐτοῖς ὁ ἥλιος δέδυκε*“ comprobant.

[1]) 230. 27. *κρίνοντες οὐ διερριμμένην οὐδ' ἐν παρέργῳ ποιήσασθαι πὸν περὶ αὐτῶν μνήμην, ἀλλὰ κατ' ἰδίαν καὶ τόπον καὶ καιρὸν ἀπονείμαντες τῷ μέρει τούτῳ. καθ' ὅσον οἷοί τ' ἐσμέν, τὴν ἀλήθειαν περὶ αὐτῶν ἐξηγήσασθαι.* 232. 19. *ἀπολαβόντες* (Naber Mnemos. VI. 258.) *ἁρμόζοντα τόπον ἐν τῇ πραγματείᾳ τῷ μέρει τούτῳ.*

[2]) Cf. Schw. vol. VIII. 1. p. 105—107. Strab. VIII. 1. Athen. V. VII. 64. 302 C. VIII. 4. 332 A. Steph. B. s. v. *Αἰθάλη.*

quaedam, quae in codice Peiresciano (Val. p. 173.) cum alieni argumenti ecloga in unum coaluerant corpus, huc pertinere perspexit Schw.[1]) Equidem excerptum quoddam gnomicum, quod nunc libri tricesimi tertii reliquiis adscribitur in geographicis verum locum habere censeo.

Polybius enim, qui eos scriptores, quos res narrando in maius auxisse vel incredibilia admirationis caussa finxisse cognovit, saepissime acerbissimis vituperationibus castigavit, cum orbis terrarum cognitionem populorum res gestas scripturo maxime necessariam esse intellegens Graeciam, Italiam, Alpibus subiectas regiones, Galliam, Hispaniam, Africam, Aegyptum[2]) non sine magnis et laboribus ipse adiisset et periculis, minime conivendum esse existimavit in eis, quae alii de terrarum situ, natura, ambitu falsa aut rettulerant aut videbantur rettulisse. Iam in eo quod dico excerpto (p. 1120. 4.) „ἀλλὰ γὰρ ὀκνῶ μή ποτε εἰς τὸ περιφερόμενον ἐμπεσὼν λάθω, πότερον ὁ τὸν τράγον ἀμέλγων ἀφρονέστερος — hanc enim vocem in codice scriptam, quam iam Leutschius[3]) addendam esse monuerat, Heysius addidit — ἢ ὁ τὸ κόσκινον ὑπέχων κτέ. Polybius aperte duos vituperat homines, quorum alter rem quae explorari non potest tanquam certam sibique notam narraverat, alter iudicio non adhibito ficta pro veris acceperat. Quia autem Strabonis testimonio (P. 1123.)

---

¹) vol. VIII. 1. p. 109. P. 1124. 38.

²) P. 222, 5. 653, 24. Plin. nat. hist. V. 1. 9. Strab. XVII. 1. 797. Plut. Moral. 2. p. 58. Wyttenb.

³) Paroemiographi graec. ed. Leutsch. Gott. 1851. I. 303. II. 695 Τράγον ἀμέλγειν: ἐπὶ τῶν ἀνάρμοστόν τι ποιούντων καὶ ἀνόητον. ὅθεν καὶ Διογενιανός· πότερον ὁ τὸν τράγον ἀμέλγων, ἢ ὁ τὸ κόσκινον ὑποτιθεὶς ἀφρονέστερος;

discimus Polybium Pytheae[1]) fidem ita habuisse suspectam, ut ne itinera quidem illa magna, quae ille se suscepisse scripserat, eum fecisse crederet, de eis, quae Pytheas de Thule insula et Oceano externo narraverat, in excerpto illo gnomico sermonem esse eo magis inducimur ut credamus, quod alterum hominem simul reprehendi a Polybio legimus, qui his mendaciis se decipi passus sit. Nempe Eratosthenes, quamquam Euemerum appellavit Bergaeum[2]) tamen Pytheae, quem illo etiam mendaciorem esse Polybius opinabatur, credidit. Haec quam facile proverbiali illi sententiae originem dare potuerint, nemo non videt. Polybius vero, qui narratiunculis nautarum (p. 340. 2.) credere nolens, quam vastae regiones omnino nondum exploratae essent[3]) sciebat, de his tum demum agendum esse censebat, cum hominibus fide dignis aditum praebuissent.

De excerptis, quae *περὶ πρέσβεων* vocantur.

In ceteras operis Constantiniani partes cum ita saeviret temporis iniquitas, ut multarum praeter nomen nihil nobis relinqueret, non paucarum ne nomen quidem nos pateretur resciscere, quattuor vero illarum, quas

---

[1]) Eundem scriptorem nullo iure nec ipsius libris lectis a Strabone vituperari dicit W. Besselus in libro, qui inscribitur „Ueber Pytheas v. Massilien“ Gotting. 1858. p. 256.

[2]) Steph. Byz. *Βέργη, πόλις Θρᾴκης . . . . . ἐξ ἧς ὁ Βεργαῖος Ἀντιφάνης ὁ κωμικός. ἄπιστα δὲ οὗτος συνέγραψεν, ὥς φασιν· ἀφ' οὗ καὶ παροιμία βεργαΐζειν ἀντὶ τοῦ μηδὲν ἀληθὲς λέγειν.*

[3]) P. 210. 16 „*τὸ μεταξὺ Ταναΐδος καὶ Νάρβωνος εἰς τὰς ἄρκτους ἀνῆκον ἄγνωστον ἡμῖν ἕως τοῦ νῦν ἐστίν, ἐὰν μή τι μετὰ ταῦτα πολυπραγμονοῦντες ἱστορήσωμεν. τοὺς δὲ λέγοντάς τι περὶ τούτων ἄλλως ἢ γράφοντας ἀγνοεῖν καὶ μύθους διατίθεσθαι νομιστέον.*

supra commemoravi reliquias singulorum fere librorum ope ad hanc aetatem pervenire sineret, excerpta de legationibus certioribus amplioribusque codicum subsidiis firmata nobis videntur esse tradita. De quibus libris manu scriptis iam sic agam ut tum eorum, quibus superioris aevi viri docti usi sunt, tum eorum, quos adhuc exstare scimus, rationem reddens quo familiaritatis vinculo inter se contineantur palam faciam.

Qui primus Polybii 144, Dionysii 5, Diodori 35, Appiani 30, Dionis 83 excerpta de legationibus edidit Fulvius Ursinus ab Antonio Augustino, archiepiscopo Tarraconensi, ut scribit in epistola dedicatoria, acceperat „Polybii fragmenta quaedam, ut titulus indicabat, *περὶ πρεςβειῶν*, a Ioanne quodam Constantinopolitano collecta, qui Ro. antiquitatem in capita, et locos communes digesserat; ut eum librum a mendis, quibus paene infinitis corruptus erat, vindicaret.“ Quoniam autem Ursinus de istius libri et ambitu et aetate — qui erat illorum temporum mos — accuratius nos non edocuit, percommode accidit, ut ei ipsi libri, quibus usus est, in Italia inventi et inspecti sint. Proficiscendum igitur nobis est, ab eis, quae de his libris relata sunt[1]).

Partem igitur illorum excerptorum e codice Neapolitano III. C. 42. chart. saec. XVI. edidit Ursinus. Hic liber, in quo notae marginales ab Ursino adscriptae insunt, legationes a gentibus Romam missas e Polybio,

[1]) Cf. Nissen. l. l. p. 316. n; Codices graeci mss. regiae bibl. borbonicae descripti a Salvatore Cyrillo, Neapoli 1826. II. p. 317. cod. 239. III. B. 15. ubi quod bis legitur *περὶ πρεςβειῶν* pro *περὶ πρέςβεων*, nisi Cyrilli id errori debetur, unicum tituli sic scripti exemplum (Schw. vol. II. XIV. seq.) esse videtur; falsam tamen hanc formam plerique usurpant (Schwegler. hist. rom. I. 97. n. 7.)

Diodoro[1]), Dione, Arriano, Appiano excerptas amplectitur, ita tamen, ut quae eius generis eclogae Polybianae tricesimae sextae praecedunt desiderentur. Alterius codicis, qui legationes Romanorum continet, vaticani 1418 ex lib. Ursini chart. saec. XVI descriptionem, cum ea apud Nissemum non legatur, Adolphi Kiesslingii, v. cl. per litteras a me rogati benignitate factum est, ut hic plene possim exhibere. Insunt igitur in hoc libro legationes e Polybio excerptae — Ursini adscribo numeros — 6—9. 11—14. 16. 15. 20. 17—19. 21. 23—32. 34—36; secuntur Iohannis Antiocheni nomine et brevi de fingendo quarto excerpto praescripto interposito[2]) Dionysii Halic. exc. 1—5; haec excipiuntur Polybii his: 1—5. 10. 22. 33. 43—45. 48. 55. 64. 67. 74. 90. 92. 108. 125. 133—136. 143. 144. Appiani 2. 4. 5. 8. 10. 15. 30. editis (=App. ed. Bekkerus Lips. 1852. p. 55. 16—29; 65, 30—66, 20; 227, 27—228. 1.)[3]) 22. Diodori 22. Cassii Dionis 1. 2. 5—7. 11. 12. 25. 26. editis (ed. Bekk. Lips. 1849. I. p. 287. μβ. c. 37. 1 — p. 288. §. 2. I. p. 482. μθ. c. 27. 3 — ib. §. 5.) 43. edito (II. p. 254. ξγ. c. 7. 2.) 50. 60. 77—82. A quibus si Polybii priora (6—36.) seclusa, Neapolitano libro adicimus plenus integerque est liber de legationibus gentium, Romanorum legationes remanent integrae. Hi ambo libri omnia, quae Ursinus publici iuris fecit excerpta continent praeter Polybii 124; hoc tamen in libro Neapoli-

---

[1]) Diodori etiam exc. 22. quod ad alteram partem legationum pertinet inesse dicitur.

[2]) Niss. l. l. p. 320. not. cf. Pol. 955, 3—33.

[3]) Ea quae uncis inclusi non Kiesslingii testimonio nisus, sed libri bavarici, de quo infra plura dicentur, auctoritate fretus proposui.

tano, etiamsi contrarium adseritur, inesse, vel olim infuisse magis inclinor ut sumam, quam ut e codice Ambrosiano, quem unicum eius generis librum praeter illos duos in Italia esse scientes Ursino utrum ad manum fuerit necne ignoramus, illud petitum esse credam.

His libris cognitis iam non dubitari[1]) potest, quin Antonius Augustinus nihil nisi partem quandam legationum e suo codice descriptam in Italiam miserit, ipsius enim librum multo plura continuisse constat. Nam de librorum Italicorum archetypo si quaerimus, certissimo possumus uti, ipsius Augustini testimonio, quod ad has difficultates superandas nondum adhibitum ad totam quae est de archetypo excerptarum legationum quaestionem expediendam mirum quantum confert. Scripsit enim Augustinus[2]) a. d. VI. Kal. Oct. a. 1574 ad Fulvium Ursinum, se certo quodam Hispaniae[3]) loco fragmenta invenisse historicorum, quorum antiquissimus esset Polybius; in eius excerptis, libro XXXVIII proverbium illud „τὰ μὲν διδόμενα“ cuius Cicero in epistolis ad

[1]) Schw. vol. II. XVII. „Ac subiit etiam interdum dubitare, ipsum-ne antiquum Exemplar, an Apographum solum ad Ursinum miserit Tarraconensis Archiepiscopus.

[2]) Antonii Augustini Archiepiscopi Tarraconensis opera omnia. Lucae 1772. vol. VII. p. 256. Lettere Italiane di Antonio Agostino XLVI,

[3]) Error Reimari in praef. ad Dionis hist. Rom. Hamburgi 1750. vol. I. p. XIV. § 8 scribentis „inventae sunt in Sicilia ἐκλογαὶ περὶ πρεσβειῶν“ ib. p. XIX. § 11. „quae Ursinus . . . ex codice Siculo primum produxerat in lucem“ inde in alios libros propagatus confutatur Augustini verbis his „In un certo luogo di Spagna si è trovato un libro Greco, dove si trovano bellissimi fragmenti d'historici antiqui, di quali hò già una gran parte nelle mani, e si copia il resto tuttavia. Se fossero tante perle, rubini, ò diamanti, non li stimarei tanto.“

Atticum (XV. 17. VI. 5.) fecerit mentionem, inveniri (U. 143. P. 1153, 30.), ibidem perscribi, quae C. Fabricius cum Pyrrho legatus transegerit (Dionys. XVIII. 5—19. U. 5.), opprobrium vero illud Romanorum legato a Tarentinis inlatum quattuor historicorum verbis narrari, Dionysii (XVII. 7—10. U. 4.), Dionis (ed. Bek. I. p. 36. c. 39. 5—8. U. 6.), Appiani (ed. Bek. p. 27. 27—29. 7. U. 5.) Ioannis Antiocheni; sequi Diodori Siculi fragmentum, quod esset de Prusia, Bithyniae rege post Persea victum Romam adeunte (U. 22.), inesse praeterea in illo libro Dionis, Appiani, aliorum excerpta. Habuit vero idem in manibus prooemium singulis excerptorum voluminibus praefigi solitum; scribit enim in eadem epistola Constantini Porphyrogenneti tempore totam historiam in LIII locos communes esse digestam, quorum is, quem tenebat, vicesimus septimus numero de Legationibus Romanorum inscriptus sit; reliquorum praeter duos, qui sint „de Diis“[1] et „de Stratagemati“, ut in margine notatum sit, ne nomina quidem superesse. Ursinus vero, qui illud prooemium non accepit, ne necessarium quidem duxit, monere, illas legationes nihil esse nisi particulam quandam operis multo amplioris; illud autem Ioannis Constantinopolitani nomen, quod molestum omnibus, explicatum est a nullo, conflasse videtur ex nonnullis, quae vel male intellecta,

---

[1]) Horum titulorum alter saepissime laudatur — cf. Val. 34. 42. 437. Feder. 126 —, prior nusquam comparet, ut reliquis addendus possit videri, nisi Augustinum falli veri esset simillimum. In legationibus enim Polybianis (p. 198. 30) scriptum est in libro bavarico n. 267 ζήτ ἐν τῷ περὶ ἐϑ = ἐϑῶν. quod quia eodem loco in libro Hispanico fuisse infra apparebit, Augustinum in errorem induxisse videtur.

vel non probe memoria retenta in Augustini epistola sibi videbatur legisse.

In altera epistola, quae Tarracone Id. Nov. eiusdem anni data est, alteram se fragmentorum partem acceptam Ursino describendam[1]) curare dicit. Aliis immixta Polybii excerpta sic incipiebant „καθόλου τῇ περὶ τὰ λάφυρα“ (P. 880. 17. U. VI.) finem habentia in his „διὰ τοὺς πολεμίους πρότερον“ (950. 25. U. 36; haec est pars prior cod. vat.); inerant vero etiam ea, quae Livius XXXXV. 44. 19. Polybium tradere dicit (P. 1062. 11. U. 97.); idem liber excerpta Herodoti, Thucydidis, Arriani, Iosephi, Procopii, Prisci, Theophylacti, Menandri, Petri Patricii, Malchi, Ioannis Antiocheni, Zosimi amplectebatur.

Constat igitur anno 1574 duo horum excerptorum volumina in Augustini manus pervenisse; horum aliquam partem transscriptam in Italiam misit, ipsa illa volumina integra in Hispania remanserunt.

Sunt vero praeter tres illos codices in Italiae bibliothecis adservatos alii libri manu scripti partim ab historicorum graecorum editoribus olim usurpati nominatique, partim in bibliothecis etiam nunc repositi eique vel excussi vel a bonarum litterarum commodo nimis longo intervallo dissiti.

Initium capiamus a duobus libris bavaricis in bibliotheca regia Monacensi conservatis, quos si satis cognitos habebimus, aperta nobis erit via ad reliquorum indolem indagandam, unde de tota familia certum ferre iudicium licebit. Saeculo XVI uterque scriptus est; al-

---

[1]) l. l. lett. XLVII. p. 257. „ho in mano l'altra parte di detti fragmenti, la quale si copia per la S. V.“

ter n. 185 inter codd. gr. [1]) excerpta continet Arriani, Appiani, Malchi, Prisci, Eunapii, Polybii, Iosephi, Theophylacti, Procopii, Zosimi, Dexippi, Socratis, Petri Patr., Diodori, Dionis, Herodoti, Thucydidis, Agathiae, Alexandri. Et Polybii quidem verba post Eunapii [2]) haec „οἱ δὲ … — in margine ἔλλιπες notatur — sic incipiunt..... θόλου τῇ περὶ τα λάφυρα πλεονεξίᾳ κτἑ; ante librum XXVII (P. 1001. 1. U. 63.) haec posita sunt περὶ πρέςβεων ἐθνικῶν πρὸς ῥωμαίους λόγος κζ. Eodem loco cum in Neopolitano legatur „περὶ πρέςβεων ἐθνῶν πρὸς ῥωμαίους" quam arta necessitudine cum hoc bavaricus cohaereat intellegimus. Sed quia in eclogarum serie, quae in utroque libro eadem est, pleniorem integrioremque scripturam modo hic modo ille tuetur, ex altero alterum fluxisse non licet sumere; superest igitur, ut ex uno fonte utrumque manasse statuamus.

Usus est libro bavarico A (n. 185.) David Hoeschelius, cum „Eclogas Legationum Dexippi, Eunapii, Petri, Prisci, Malchi, Menandri, Augustae Vindelicorum a. 1603 ederet adsumpto tamen alio libro, quem ab Andrea Schotto acceperat. Cuius cum saepius mentio fiat natura et origo nobis perscrutanda est; continuit igitur, ut Hoeschelii (p. 174.) testimonio scimus „Proemium in volumen Legationum, Theodosii cuiusdam", deinde omnia quae p. 3–150 leguntur, cum liber Boicus i. e. A. gentium tantum legationes haberet. Sed etiam alia in Schotti libro inerant. Casaubonus enim cum Polybium typis

[1]) Cf. quae de eo rettulerunt Schw. vol. II. XXV–XXVII, Aretin: catalogus codicum mss. bibl. reg. bavaricae vol. II. 235—243. Nissen p. 314.

[2]) Cf. Aretin. l. l. p. 237.

Wechelianis excudendum curaret, in codicum notitia, quae epistolam dedicatoriam subsequitur, haec scripsit „Multa emendavimus nec pauca supplevimus e codice ms. *Περὶ πρεςβειῶν* viri eruditissimi Andreae Schotti: qni etiam fragmenta quaedam e Theodosii parvi excerptis descripta ad nos misit: quae tamen vulgata prius fuerant, verum aliis locis; quaedam etiam in II. parte. Eorumpse excerptorum tomum primum invenimus in splendidissima librorum suppellectile viri illustris . . . . . . Iacobi Agusti Thuani . . . . . Certe in prima fronte eius libri erant haec verba, etsi diversae manus, *Ὁ ἐρανίσας τὸ παρὸν, Θεοδόσιος ἐστὶν ὁ μικρός,* de quo plura in Commentariis.“ Qui, cum a Iacobo Britaniae rege et bibliothecae et studiis eriperetur Casaubonus, nunquam prodierunt. Itaque si forte quid in epistola de illis libris scriptum reliquerit quaesivi. Sed tantum abest, ut ex his certa eruerim indicia, ut novae mihi inde dubitationes succreverint. Audiverat enim Casaubonus [1]) a Iacobo Bongarsio, habere Franciscum Pithoeum ms. librum Polybii, quem ubi ab illo trinis litteris (ep. 95.) frustra expetiit, preces ac spem suam ad Petrum Pithoeum illius fratrem transtulit. Et ab hoc non videtur repulsam tulisse; nam a. 1602. Andreae Schotto scribit (ep. 312.) „De fragmentis Polybii, etsi iam ante a Francisco Pithoeo illa acceperam, immortales tamen tibi et habeo et ago gratias.“ Hinc vix possumus non conligere legationum excerpta libris mss. comprehensa eum et a Pithoeo et a Schotto accepisse. Cui sententiae ita refragatur Schw. [2]) ut „Casaubonum nullum horum Ex-

---

[1]) Isaaci Casauboni epistolae curante Th. I. ab Almeloveen. Roterodami 1709. ep. 65. a. 1596.

[2]) Pol. ed. Schw. vol. II. p. XXIII. not. d. p. XIX.

cerptorum mstum librum vidisse, non nisi Lectiones discrepantes atque Emendationes ad Eclogas Polybianas ab Ursino editas, ex msto libro excerptas" a Schotto accepisse contendat.

Hanc quaestionem ita poterimus diiudicare, ut legationes, quales edidit Casaubonus cum Ursinianis conferamus. Quod si facimus illam Schw. sententiam paene propensi sumus, ut pro vera accipiamus; nam fere ubivis cum Ursini verbis ita conspirant Casauboniana, ut novis hunc subsidiis usum esse vix credamus. Etenim defectus orationis, quibus Ursini liber laborabat, cum magno incommodo ne eis quidem locis explevit, ubi A [1]) integram exhibet scripturam; in hoc libro enim quae adduntur 891, 12. *ὕπατος*, 914. 7. *παρέντας τοὺς ἐνεστῶτας καιροὺς*, p. 939.30. *Γναιου*, p. 658. 28. *παρὰ τῶν Ἀχαιῶν*, verba quae 962. 21—22 inter *ἐπισφαλῆ* et *ἐπισφαλῆ* leguntur, 993. 29. *εἰ δὲ μὴ* ea apud Casaubonum desiderantur. Hinc concludendum est simillimum fuisse Casauboni librum Ursiniano, non continuo negandum eum omnino fuisse. Fuisse enim, ut parvulas nonnullas emendationes, quas plerasque coniecturis [2]) originem debere concedo, missas faciam, uno loco abunde comprobatur. Magna enim, quae erat p. 1019. 11—14 lacuna a Casaubono verbis ab *οὐκ* usque ad *Ῥωμαίους* restitutis, ita expleta est, ut a bavarico altero (267.) nullo verbo recedat. Itaque non ex ingenio haec

[1]) Hunc codicem, quem Augustae Videlicorum esse Casaubonus sciebat, epistola 510. se exspectare scripsit, si tantum apud Marcum Velserum gratia posset, ut eius opera impetare illum quiret.

[2]) P. 907. 24. repositum pro *τελέως ἀνελθὼν καὶ παραδόξου* verissime *ἀνελπίστου*, p. 949. 17. iustus e Livio accersitus numerus et quae sunt id genus.

interposuit Casaubonus, sed libri ms. secutus est auctoritatem. Librum vero habuisse, non varias tantum lectiones ad Ursini exemplar annotatas, non inde credendum est, quod Casaubonus pro ingenii candore notulas quasdam marginales libro edito adscriptas „codicem" nominasse putandus non est, sed Andreae Schotti testimonio possumus scire. Qui in epistola[1]) a. 1593 ad Iustum Lipsium data sic scribit „Graeca, quae multa in Hispania non otiosus collegeram, post naufragium illud Senecae et Antonini, in Gallico tumultu, cum amicis, eruditis hominibus, libenter communicavi, ne et illae schidae mihi funditus perirent, damno publico fortasse: in his Heliodori Αἰθιοπικά, περὶ πρεσβειῶν volumina duo, ex quibus Fulvius Polybii ἀποσπασμάτια ediderat: aliaque: nec enim vacat recensere omnia." Hos libros, quorum alter legationes Romanorum, gentium legationes alter, is scilicet, quem ex Theodosii parvi excerptis descriptum esse Casaubonus dicit, cum simillimos videamus esse Ursinianis, nostro iure pro eis habebimus, quos ex archetypo a. 1574. in Hispania invento sibi curavit transscribendos Antonius Augustinus; hunc si arbitramur illos Andreae Schotto, quocum „ioca seria, Bibliothecam atque adeo mensam communem esse voluit" [2]) dono dedisse eo minus a vero aberrare videbi-

[1]) Sylloge epistolarum a V. ill. script. coll. Petrus Burmannus, Leidae 1724 tom. I. ep. XCIII. p. 98.

[2]) Annaei Senecae tum Rhetoris tum Phil. op. omn. ab A. Schotto castigata, Coloniae Allobrogum 1613. epist. dedic.; familiaritatis quae inter hos viros intercesserit et necessitudinis signo etiam haec sunt „mihi . . . . dum in eius haererem contubernio, patria sponte civilium bellorum causa profugus, parentis loco cultus fuit, ut nunquam nisi doctior a senis latere iuvenis discesserim" in „Observationum human. lib. V. p. 251. Hanoviae 1615.

mur, quo vehementius de bibliotheca Escorialensi librorum cupidis clausa et obserrata querentem audimus, Quod si in Schotti possessione hos libros fuisse censemus, illud quoque explanatur, quomodo factum sit, ut inter Augustini libros, quorum catalogus Tarracone a. 1586. typis describebatur, repetebatur in operum volumine VII, cum p. 31—66. libri graeci mss. positi sint plurimi, excerptorum mentio fiat nulla.

Unus adhuc restat vir doctus, qui ad historicorum graecorum studia iuvanda codices illos ab Andrea Schotto accepit, Ianum Gruterum dico. Qui cum Theophylactum ex officina Commeliana, Cimedoncii praematura morte defuncti proviciam suscipiens a. 1598 ederet [1]), ad Christophorum Pflugium haec scripsit „Prodiit Theophylactus ante annos fere duos studio Vulcanii: sed noster iste integrior pleniorque, beneficio amicissimi Andreae Schotti, hominis perpaucorum hominum, tantaeque prothymiae, ut cum caeteri bibliothecas suas habeant pro carcere, ipsius tribunicia videatur domus, certe ianua semper sit aperta.“ Hinc perspicuum est legationum caput utrumque duobus libris mss. comprehensum a Schotto traditum esse Grutero.

Liber bavaricus alter [2]) B (n. 267.) ignotus Schweighaeusero a Grosio [3]) primo ad emendandas Dionis eclogas de legationibus adhibitus est; nuper Nissenus eum cum Polybianis contulit excerptis, conlati scripturas quas-

[1]) Non ipsam vidi Gruteri editionem, sed ex Boissonadii editione haec hausi; ille enim cum Parisiis a. 1835. Theophylacti Simocattae quaest. phys. et epist. in lucem emitteret, Gruteri epistolam dedicatoriam in praefatione curavit describendam.

[2]) Aretin l. l. III. p. 117—122 Nissen p. 314.

[3]) Histoire Romaine de Dion Cassius traduite en Français par E. Gros. Paris 1845.

dam memoratu dignas (p. 319—322) enotavit non tamen omnia faece tenus exhauriens. Huius codicis cum editis conferendi copiam benignissime mihi fecit Otto Iahnius, qui litteris Monachum datis effecit, ut e bibliotheca regia cum bonarum litterarum commodo liberalissime administrata liber Bonnam mitteretur, ubi quae Dionysii, Polybii, Appiani, Iosephi, Diodori, Dionis, Arriani insunt, ea excussi omnia.

Cuius libri natura atque indoles cum nobis de toto hoc codicum genere iudicaturis diligenter sit exploranda, rem ita instituam, ut primum scripturae varietatem, quam ad Appiani excerpta annotavi, proponam. Bekkeri editionem sumam pro fundamento quae verba Ursinus in suo se libro invenisse dicit adscribens.

Appiani igitur excerpta, quae Polybianis subiecta a codicis folio 123. verso ad 137. rectum pertinent, ita inscribuntur:

περὶ πρέςβεων ῥωμαίων πρὸς ἐθνικούς.
ἐκ τῆς ἱστορίας ἀππιανου τῆς ἐπιγραφομένης ἰταλικῆς

U. p. 109. ad exc. II. Hoc fragmentum ex libro, qui Italicus inscriptus fuit, depromptum esse, ad oram exemplaris notatum est.

I. = U. II. Bek. p. 16. v. 15. *ὅτι τοῦ μαρκίου — βουλούςκους* B. U. — 17. *μ̄ σταδίους* B. U. — 21. *αὐτοκράτορας εἰρήνης περὶ ῥωμαίων πεσούσης, οἳ παρελθόντες εἰς τὸ βουλούσκων στρατόπεδον μαρκῖ μετὰ βουλούσκων ἀκροωμένω προύτειναν ἀμνηστείαν* B. *αὐτοκράτορας εἰρήνην περὶ ῥωμαίοις πεμπούσης· οἳ παρελθόντες ἐς τὸ βουλούσκων προύτειναν ἀναμνηστίαν* U — 23. *καταλύσει* B. *καταλύσας* U — 24. *ἐς αὐτὸν* B. *ἑαυτὸν* U — 25. *βουλουσκίους* B. *βουλούσκους* U — 26. *βολούσκους* B. *βουλούσκους* U — 27. *αὐτήν γε μὴν βολούσκων* B. *αὐτήν γε μὴν ἔχουσι βολούσκων* U — 31. *λ̄ ἡμέρας* B. U. — p. 17. 1. *λ̄ ἡμέραις* BU — 2. *ταῖς ἀποκρίσεσι* B *τὰς ἀποκρίσεις* U — 5. *ἑτέρους ῑ* BU — 7. *αἰδούμενοι* B *αἰδούμενον* U — 9.

ον
τοσούτων B — 14. ἂν pro αὖ BU — 16. βαλέρια BU — ἀμυνομένου B ἀμυνούμενοι U — δὴ pro δ' ἡ BU — 18. βετουρίαν BU — 19. νιαν
βουλόμενοι B — ἠμφιεσμένα B ἠμφιεσμέναι U — 21. αὐταῖς pro αὐτὰς BU — 25. ἔστη B ἐστὶ U — 27. προςδραμόντες ἠσπάζετο BU — ἦγε B — 28. βολούσκων B βουλούσκων U — 29. συνηδικῆσθαι μὲν ἐξελαυνομένῳ τῆς πόλεως ἔφη μὴρ οὖσα B συναδικεῖσθαι ἐξελαυνομένη τῆς πόλεως οὖσα μήτηρ ἔφη U — 32. διέφθαρται B διέφθαρσαι U — p. 18. 6. μετὰ τὴν πόλιν om. BU — 10. καλεῖν om. BU — 12. ἐκέλευεν B ἐκέλευσεν U — 15. ὅρκων BU — 16. ἐπαξιοῖ pro ἐπεξῄει BU — ἐκείνους pro ἐκείνοις BU — 18. ἐς B. εἰς U — 21. γναίου B γαίου U — 25. ἄλλη μὲν οὖν B. οὖν om. U — 26. προςπεσεῖν αὐτοῦ BU — 27. ἀφίστασαι B ὑφίσταμαι U — 30. ἐξῆς pro ἐξ ἧς BU — 31. βολούσκοις B βουλούσκοις U — 32. συναλλάξιαν pro συναλλάξων BU — p. 19. 1. βολούσκους κατελέχθη B κατελέσθη U — 2. ἀτγιδίου BU. —

II. = U. IV. Bek. p. 27. 6.

ἐκ τῆς σαυνιτικῆς ἱστορίας B. ad oram . . . exemplaris ita notatum animadvertimus ἐκ τῆς σαυνιτικῆς ἱστορίας U — 6. ὅτι κελτῶν σενόνων πολύ τε πλῆθος B τε om. U — 7. πρὸς om. B — 9. τοὺς δὲ τοὺς πρέςβεις B. τοὺς δὲ πρέςβεις U — 10. κηρυκίων B. κηρυσίων U — 13. τοῦ μύσους B τοῦ μίσους U — 14. συντόμως σπουδὴ B συντόνῳ σπουδῇ ita emendavimus U — 15. πικεντίας B πικεντίνων U — πάντα B ἅπαντα U — 18. εἰς B ἐς U — 19. ποιθόμενοι B πυθόμενοι U — 23. Δομετίῳ B Δομιτίῳ U — 25. ἤδη B ἤδε U — ἐς om. B — σένοσιν.

III. = U. V. Bek. 27. 27. ὅτι Κορνήλιος — p. 28. 5. ἐγεγένοιντο B ἐγεγένηto U — αὐτὸς ἐξέβαλον BU — 8. μὲν om. B — 10. ἐς B. εἰς U — 12. ἀπολλυμένων B ἀπολωμένων U — δὲ δοῦναι BU — 15. ἑλληνίζειν, in marg. γρ. ἑλληνίσει B. ἑλληνίσειαν U — 16. ἔσκοπτον B ἔσκωπτον U — 17. φιλοσκόμμων B φιλοσκώμμων U — 20. τὴν ante τοῦ om. B. καὶ τὴν τοῦ πρεςβύτου κατησχημόνησεν. Et mox: τὸ μεμολυσμένον, ut nos emendavimus U — 22. τὸ μεμολυσμένον B — 28. ἐν τῷ παρόντι [1]) B ἐν παρόντι U — ἐς δὲ B εἰς δὲ U — 29. ἐςβάλλειν B εἰςβάλλειν U — 32. ἐγίνοντο BU — p. 29. 1.

[1]) In hac locutione Appianus eadem qua reliqui scriptores constantia articulum usurpavit cf. 39, 5. 131, 19. 160, 17. 551, 25. 30. 573, 9. 592, 15. 627, 17. 643, 5. 649, 24. 668, 22. 681, 22.

ἀγχέμαχον B ἀγχέμαλοι U — τοῖς B τις U — 4. ἐξώμεθα καὶ πολεμήσωμεν B ἑξόμεθα καὶ πολεμήσομεν U — 5. καλῶμεν B καλοῦμεν U — 6. ἀποφήνομεν BU — γέγονεν.

IV. = U. VIII. Bek. p. 37. 24. Fragmentum hoc ex Celtico sumptum esse, notatum est ad oram exemplaris U — 24. ὅτι ὀλυμπία τοῖς Ἕλλησιν ἑπτὰ καὶ ἐνενήκοντα γεγενημένα B ὅτι ὀλυμπία τοῖς Ἕλλησιν ζ̄ καὶ ς̄ γεγενημένα U — 32. προςαγορεύειν BU — p. 38. 2. ὑποκριναμένων BU — 5. οἱ φαβίου B οἱ φάβιοι U — 9. κῦτος φάβιος B κόϊντος φάβιος ἀνεῖλε κτέ ita emendavimus U — 11. Κλούσιον.

V. = U. X. Bek. p. 40. 12. ὅτι τὸ τῶν — 18. κηρύκια BU — 19. κατέτεμνον B κατέτεμνεν U — 22. σαββίνων καὶ πικεντίων B σαβίνων καὶ πικεντίνων U — 24. ἐν om B. — 27. οὐκ ἔχοντες οὐκ ἔτι B. legendum οὐκ ἔχοντες ἔτι πατρίδας εἰς ἃς διαφύγωσιν, sine particula οὐκ. U — 29. ὑπὸ ὀργῆς BU — 30. ἤδη B. ἧδε U — 31. σένοσιν.

VI. = U. XV. Bek. p. 42. 28. ὅτι Ἀριόουιστος ὁ — 33. μετὰ ἀπειλῆς BU — p. 43. 1. δέος δὲ (δ' U.) ἐμπίπτει κατὰ κλέος τῷ στρατηγῷ τῶν γερμανῶν BU.

VII. = U. XXX. Bek. p. 46. 29. περὶ κρήτης pro titulo B., ad oram exemplaris U — 29. ὅτι κρήτη — μιθρηδάτη B — 30. ὑπὲρ αὐτῷ BU — 32. μιθρηδάτου B — 31. πλεονάσασι BU — p. 47. 1. γάϊου ἀντωνίου BU. reliqua usque ad πρὸς αὐτοὺς om. B — 9. οἳ δὲ οὐκ ἐδέξαντο.

VIII. Bek. p. 55. 16. ὅτι μετὰ τὴν ἅλωσιν ζακανθέων ῥωμαῖοι πρέςβεις — 18. ἁμαρτῶντα B — 25. αἱρεῖσθαι — ἔφησαν — 29. λελυμένων.

IX. Bek. p. 65. 30. ὅτι Λεύκιος ἀπὸ Ῥώμης — p. 66. 2. λίλιον — 3. τε om. — 4. σκϊονων — 5. ῥωμαίοις — 6. τε om. — 9. μεταποιούμενος pro μέγα ποιούμενος ut ceteri codd. — 11. πρὸς αὐτὸν τῷ σύφακι (13.) rel. om. — 20. ὁ σκιπίων πλέων.

X. Bek. p. 227. 27. ὅτι πολλῶν γεγενημένων ῥωμαίοις πτ. ἐς μασσ. ἡ βουλὴ ἔπεμπε — 29. ὑπὸ καρχηδόνα — 32. ἐδεδώρητο — p. 228. 1. τὰ om. — σκιπίωνα σύμβουλον οἴεσθαι περὶ τῶν τέκνων.

XI. = U. XXII. Bek. p. 257. 19. ὅτι λεύκιος κάντος BU — ἐς

τὸ B — 20. ἔπιθον B — 21. *φιλίππου. διεπρεσβεύετο δὲ καὶ φίλιππος αὐτῶν βοήθειαν ὡς συμμάχους* B. *φιλίππου αὐτῶν βοήθειαν* pro *αἰτοῦντος*, mendose, ut videtur, scriptum erat. U — *λάβυδος* pro *Νάβιδος* B — 26. *σιλπικίου* B — 31. *φέροντες*.

Mirum in modum cum Ursiniano libro conspirans B non modo quid Ursinus in suo invenerit codice, si eius scriptura non apposita suam tantum vel coniecturam vel emendationem nobis exhibuit, ostendit, verum etiam locis nonnullis, qui adhuc corrupti circumferebantur, medelam affert. De his iam breviter est agendum.

Excerpti secundi primordium (p. 16. 20.) in Ursini libro ita corruptum legebatur et mancum, ut in tam desperata subsidiorum condicione, quod editores genuinam Appiani manum indagare non potuerint, minime mirandum sit. Agitur de senatu Romanorum, qui Coriolano cum exercitu Volscorum ad urbem oppugnandam aggresso plebis minis compulsus *μόλις ἐξέπεμψεν αὐτοκράτορας περὶ εἰρήνης πρέσβεις, οἳ παρελθόντες ἐς τὸ Οὐολούσκων ἀκροωμένῳ προύτειναν ἀμνηστίαν*. Horum pars prior violenta vocis *πρεπούσης* in *πρέσβεις* mutatione oblitterati, non persanati mendi speciem praebet, altera pars etiam nunc hiat. Libri B vero scripturam, si cum Ursiniano componimus, alia commodissime possumus supplere, alia tam lenibus mutationibus, ut ipsi libri emendandi viam ostendere videantur, ad integritatem possumus revocare. Verba sic constituenda esse iudico: *ἡ δὲ μόλις ἐξέπεμψεν αὐτοκράτορας περὶ εἰρήνης Ῥωμαίοις πρεπούσης· οἱ παρελθόντες ἐς τὸ Οὐολούσκων στρατόπεδον Μαρκίῳ μετὰ Οὐολούσκων ἀκροωμένῳ προύτειναν ἀμνηστίαν*. Non tantum ad Romanorum animos debilitandos frangendosque valuerat

metus hostium, ut quavis condicione quasi victi pacem expeterent, sed ne septem quidem urbibus latinis expugnatis altos remiserunt spiritus; immo abducto tantum e finibus exercitu se *τοὺς συνθησομένους τὰ πρέποντα* missuros esse dixerunt (p. 17. 4.). Iure igitur mihi e *πεμπούσης* et *πέσουσης* videor elicuisse *πρεπούσης*. *Πρέςβεις* vero vocabulum non necessario ad *αὐτοκράτορας* esse addendum similes apud Thucydidem V. 45. *ὡς αὐτοκράτορες ἥκουσι περὶ πάντων συμβῆναι τῶν διαφόρων*, ib. 46. *αὐτοκράτορας ὁμολογῆσαι ἥκειν* et Polybium p. 986. 32. *πέμπειν αὐτοκράτορας ἐπὶ θάλατταν τοὺς συνθησομένους τὴν εἰρήνην* loci comprobant. Qui legati ingressi in Volscorum castra Marcium Coriolanum in mediis Volscorum primoribus sedentem invenisse ibique ab illo caussam agere iussos esse etiam Plutarchus in C. Marcii vita in c. 30. „*ἔχων δὲ τοὺς πρώτους τῶν Οὐολούσκων περὶ αὑτὸν ἐκέλευε λέγειν ὧν δεόμενοι τυγχάνωσιν*“ et Dionysius Hal. ant. Rom. VIII. 22. *ὁ Μάρκιος, καθεζόμενος ἅμα τοῖς ἐπιφανεστάτοις Οὐολούσκων τε καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων, ἔνθα πλεῖστοι ἔμελλον ἀκούσεσθαι τῶν λεγομένων, ἐκέλευε καλεῖν τοὺς ἄνδρας* tradunt. Quorum verba respiciens animus inclinat, ut credam illa, quae B ad explendam lacunam eiusdem vocabuli repetitione natam, subministrat, nondum omnibus numeris esse absoluta et emendata; nec multum mihi a vero abhorrere videor suadens, ut post *μετὰ* reponatur *τῶν πρώτων τῶν κτἑ.*

Pag. 17. 29. Coriolani mater, cum in Ursini libro scriptum sit „*συναδικεῖσθαι ἐξελαυνομένη τῆς πόλεως οὖσα μήτηρ ἔφη*“ absurdo dicebatur a Romanis urbe eiecta esse, id quod cum re minime convenit. Sed

haec non scripserat Appianus, librarius potius ei obtrudit participium ad proximi substantivi genus accomodans. Libri B scripturam secuti Veturiam audimus querentem, quod filii exilium dolorem ipsi opprobriumque afferat, quales querellas Plutarchus l. l. 33. Volumniam — sic ille Coriolani matrem nominibus permutatis vocat — facit fundentem, cum scripserit „ἰδίᾳ πράττομεν κακῶς ἀπολέσασαι τὴν Μαρκίου δόξαν καὶ ἀρετήν.“ Amplectenda igitur libri B scriptura.

Interfectum esse Coriolanum, cum Fabius Pictor (Liv. II. 40, 10.) senem eum apud Volscos obiisse narrasset, posterioris temporis scriptores invidiam victoriae certissimae sibi ereptae in Volscis vehementiorem fuisse, quam ut eam effugeret ratiocinantes[1]) tradiderunt omnes; interitus auctorem Volscorum quendam principem exhibent, qui apud Livium II. 35, 7. 37, 1. 39, 1. apud Zonaram VII. 16. 342. d. apud Dionysium Hal. VIII. 1. 57. 67. Attius Tullius vocatur; in Appiani vero excerpto cum Ursinus Ἀτγιδίου nomen, quod etim in B legitur, edidisset, Schw. „id, ex quo illud proxime corruptum esse apparebat, reposuit“ Ἀττιδίου scribens; quod in libris esse Bekkerus in annotatione critica falso referens Ἀττίου edidit. At hoc vocabulum a librariis bis esse corruptum eo minus credo, quod eiusdem Volsci nomen apud Plutarchum non Ἄττιος est, sed Ἀμφίδιος (c. 22). Hinc licebit concludere praeter illam nominis formam, quam Livius, Dionysius, Zonaras tuentur, alteram fuisse, qua Plutarchus usus est, cuius ad normam Appiani illud Ἀτγίδιος revocandum videtur.

Denuo oculis librarii a voce simili ad similem ab-

---

[1]) Cf. Schwegler hist. Rom. II. p. 361.

errantibus lacuna p. 257. 21. in Ursini libro erat nata, quam ille *αἶτοῦντος* pro *αἶτῶν, αἶτοῦντες* alii reponentes conabantur obtegere; id vero, quod in hisce conaminibus sua carebat explicatione, quo iure Romani Achaeorum amicitiam expetentes eorum socii dicantur[1], planissimum fit, si iam Philippum quoque legatos misisse legimus auxilium Achaeorum societate iunctorum — Liv. XXXII. 19. 1. Achaeorum gentem ab societate regia ad Romanam amicitiam avertendi. ib. 21. 5 Philippus societatis secum admonet et iurisiurandi, et modo postulat, ut secum stemus, modo, ne intersimus armis, contentum ait se esse. Pol. 861. 15 — petituros.

Excerptum e Diodoro ductum, quod unicum B. fol. 151—152 exhibet, apud Ursinum[2]) 22 numeratur. Scripturae discrepantiae hae sunt:

Διοδώρου

ἐκ τῆς ἱστορίας διοδώρου σικελιωτου.

ὅτι προυσίας ἀνάξιος — *ἐξυριμένος* pro *ἐξυρημένος* — *πόλιον ἔχων* pro *πίλεον ἔχων* — *ἀνάνδρου γυναικὸς*, in marg. *γρ. γυναικισμοῦ* B *γυναικιασμοῦ* U. — *προςκόπτουςα καὶ τοῦ προυσίου καταγινώσκουσα πρεπούσας* — *νίκας σπεύδουσιν.*

τέλος ἱστορίας διοδώρου σικελιώτου.

Sic ne in parvo quidem hoce frustulo liber B omni nos emolumento destituit; recipiat eius ope Diodorus quattuor vocabula, *καὶ τοῦ προυσίου καταγινώσκουσα* quae, si non grave quoddam orationis narrationisve damnum sarciunt, grata tamen nobis et accepta sunt, et quia Diodorum reddunt integriorem et quia cum Polybianis

[1]) 257. 22. Etiam in B pro *ὡς* ita scriptum est *ὠς*, ut *ω* et *ε* litterae — *ἐς* ab Ursino expressum est — difficillime, sicut *ει* et *η*, *ι* et *υ*, *ι* et *ν*, internoscantur.

[2]) Bekkerus in editione Teubneriana a. 1854 totam eclogam praetermisit.

apte comparantur; eandem enim continent sententiam, quam ille p. 1062. 31. *φανεὶς δὲ τελέως εὐκαταφρόνητος* expressit.

Iam vero cum satis multis exemplis cognovimus quam arta necessitudine Ursini liber et B contineantur, antequam de ipso eorum archetypo statuamus in eos libros mss. inquirendum est, quibus et Sylburgius et Leunclavius se usos esse affirmant. Quam quaestionem adhuc distuli, quod libri B, ut verum adsequamur, auctoritas nobis respicienda est. Fridericus Sylburgius igitur, qui Dionysium Hal. edidit Frankofurdi a. 1586, in praefatione (p. VIII.) „Fragmenta legationum, ait, a Fulv. Ursino primum publicata, hac editione denuo collata sunt ad manuscriptum exemplar, quod inter alia non aspernenda in thesauris suis habet Iulius Pacius, philosophus et iuriscons. praestantissimus.“ Qualis ille Pacii codex P fuerit ut perspiciatur, librum B ad Sylburgii editionem conlatum exhibebo[1]) simul annotans, quas scripturas in suo libro Ursinus aut vidit, U, aut vidisse ex textus conformatione putandus est, (U), adiciens eas lectiones, quas disertis verbis e libro P se deprompsisse Sylburgius fatetur.

Leguntur Dionysii excerpta in B. fol. 11. v. — 34 r.

περὶ πρέςβεων ῥωμαίων πρὸς ἐθνικοὺς ἐκ τῆς χρονικῆς ἰωάννου ἱστορίας B. P. (S6lb. not. p. 82. I. v. 58.)

[1]) E. Grosius, qui idem sibi sumpsit negotium (Dion. Cassius I. introduct. p. XLVII—XLIX) mihi non videtur effuisse, ut eo ratractando acta agere putarer. Nam neque ad finem rem est persecutus, neque libri P. adposuit scripturae discrepantias, quibus comparatis ut de codice indicetur opus est. Locis vero nonnullis, quibus dubitationes mihi erant subortae, codicem B. Monachi iterum adiens accuratissime quid scriptum sit me docuit Geogius Laubmannus amicus.

I. ὅτι ἐπὶ λευκίου ποστουμίου καὶ γαίου κλαυδίου ὑπάτων ταραντῖνοις μὲν ἀποίκοις οὖσιν ἑλλήνων, οἰκοῦσι δὲ τῆς ἰταλίας τὰ ἔσχατα ῥωμαῖοι πολεμεῖν ἔγνωσαν· ὅτι δὴ πρεσβεύτας σφῶν παρὰ τὸ κοινὸν ἁπάντων ἀνῶν νόμον λόγοις τε καὶ ἔργοις ἀσχήμοσι περιύβρισαν ποστουμίου τε τοῦ ναυαρχήσαντος τὴν τήβηνον ἀλλὰ καὶ διότι τοῖς φίλοις fol. 12. B. id P. (Sylb. 82. II. 3. habet tamen τήβεννον.) p. 738. 7. κατὰ om. B. P. U — post Νεαπολιτῶν add. πρέσβεις ἐποιήσατο πρὸς τοὺς νεαπολίτας ἀποστεῖλαι B. ἀπέστειλε reposuimus pro ἀποστεῖλαι U — 8. μηθὲν B. μηδὲν U — 14. τὰ μὴ προσήκειν B. (P.) U — 16. παρασκευάσοντας B. (P.) rectius θεραπείαις (v. 15.) dandi casu: et mox fut. tempus παρασκευάσοντας Sylb. παρασκευάσαντας U — 28. πιστεύοντας B πιστεύονται P. πιστεύοντες U — 29. ἀφανιζομένη B. P. U — 32. συναχθείσης δὲ U συναχθείσης οὖν B. P — 34. οἵ γε B. P. U — 38. κατὰ πλῆθος om. B — 42. διεξίεσαν B. (P.) U — 43. ἀπίστους καὶ δολίους B. P. U — 45. τοῖς Νεαπολίταις B. τοὺς Νεαπολίτας U — p. 739. 4. ἐπιχορηγοῦντες B. P. U — 11. κατεῖχον τϊνά πόλιν B. κατέσχον τινὰ πόλιν. U — 14. ἠξίου B. U. ἠξίουν P — 16. συνελάμβανον B. P. συνελάμβανε U — 18. οἱ λακίους B — 20. ἐπελθεῖν B — 21. ἐβουλεύθη B., U. eadem scribens addit „ita legendum.“

II. = U. II. p. 739. 22. ὅτι μαθόντες — 24. τῶν βουλευμάτων B. P. U — 25. προβόλους B — 34. ἐπιλαθόμενοι B. P. ἐπιλανθανόμενοι U — 35. ἐγκαταλείπετε B. (P.) ἐγκατέλειπετε U — 36. Οὐολούσκοις συστάντες B. (P.) U — 41. παρορμήσατε B. U — 42. δὲ ἡμῶν B. (P.) U — αὐτῶν pro αὐτοὶ B — 43. ἐγείροντες B. (P.) U — 45. ἐποίκους B. U — p. 740. 1. φονδανοὺς B. φουνδανοὺς U — 3. post ὅρκια add. B. ποιοῦντες — 9. προσκαλούμεθα B. (P.) U — 10. δὲ μίαν B. μηδεμίαν U — 23. post αὐτῆς B. πολέμου συμμαχίου τὸ κοινὸν αἴτιον· ἐψηφισάμεθα γὰρ ἀποσταλῆναι τὴν στρατιὰν ὑμῖν e super. repet. — 24. ἡμεῖς B. ὑμεῖς (U) — ἐπαχθέντες B. in P. ἐπιχθέντες et ἐπαχθέντες Sylb. [1]) ἐπηχθέντες U — 27. ὑμετέρων B. ἡμετέρων (U) — δὲ ὁ μὲν B. δέομεν (U) — 31.

---

[1]) Sylburgius haec scribens „in vulgatis exemplaribus scriptum ἐπεχθέντες, in Pacii libro ἐπιχθέντες et ἐπαχθέντες: perperam“ quoniam nec addit in margine alterum vocabulum fuisse, nec idem verbum in vicinia iterum positum reperitur, ut ad hoc alteram illam formam referamus, quid sibi voluerit nescio.

πρὸς ἡμᾶς B. (U) — 32. δεύτερα γενεὰ B. δευτέρᾳ γενεᾷ (U) — 38. καὶ ἄγειν post φέρειν δὲ om. B. P. U — 39. φονδανῶν B φουνδανῶν U — 40. καταστῶμεν B id. U in notis, καθιστῶμεν U in textu — 43. διὰ φυλακῆς B. διαφυλακαῖς U — ἀντικαλοῦμεθα pro ἀντιπροκ. B. P. U — p. 741. 1. φλυγέλλης BP. φρενέλλης U — οὐ πρὸ πολλοῦ BP. πρὸ πολλοῦ U — 2. πολέμου B. πολέμῳ (U) — 8. τὸν add. ante τῶν B — 10. τά τε om. B. P. quasi in cod. inv. U — 13. πολέμου B. πολέμους U — 18. διαλύσας B. διαλύσαι U — χωρῆσαι B. χωρήσει U — 20. πράξει ἐν πᾶσι διδόναι τοῖς πολεμίοις εὐτυχεῖν B. πράξειεν κτέ. PU — 21. περὶ om. B — 23. δὲ post ὡς om. BU — 27. βραδύτερα ἔσεσθαι τῶν Ῥωμαίων ἔσεσθαι B. alterum ἔσεσθαι om. U — 30. φλεγελλάνους BU — 30. ἐπί τ' αὐτοῖς τὰ εἰκότα BPU — συνέβη παθεῖν BU. παθεῖν συνέβη Sylb. tacite — 36. post καὶ B. om. ἡ — 37. χειμερίζουσα BP. χειμάζουσα U — 38. σαυνιτῶν ὅρων BP. σαυνιτικῶν ὅρων U.

III. = U. III. p. 741. 39. ὅτι ὁ Σαυνιτικὸς — 43. ὁμόρρους B. ὁμόρους U — ὁρμηθέντας BP. ὁρμηθέντες U — p. 742. 2. μὲν add. BP. — ἀπωλωλεκότες B — 7. συμπεσεῖν B. συμπεισειν (U) — 17. δηλώσαντες BU — 19. τὴν τότε χώραν pro τήν τε χώραν B. (P.) U — 20. παρακαλέσαντες pro fut. BU — 21. περιοψομένη B. περιοψομένης (U)[1]) — 22. οἰκέιας B. (U) — 24. ἀπελογοῦντο BU. ἀπηλογοῦντο P — 30. εὐσχημόναι B — 32. ἕπεσθαι BPU — 34. πείσεσθαι BU. πείθεσθαι P — 35. εἰ καὶ μὴ ποιήσωσι BU. καὶ εἰ μὴ ποιήσωσι Sylb. — 43. ὃν om. post πάτριον BPU — 44. τοῖς ἀδικουμένοις καὶ καταφεύγοντας B. τοὺς ἀδικουμένους καὶ καταφεύγοντας PU — p. 743. 1. ἐπὶ πλέον, in marg. γρ. πλεῖον B. ἐπὶ πλέον, in marg. ἐπὶ πλεῖον P. ἐπὶ πλείω U — 2. εἰ ante Λευκανῶν om. PBU — 4. κατεγράφοντο.

IV. = U. IV. p. 743. 5. ὅτι ποστόμιος πρέσβις B — 9. οἱ Ταραντίνων B. οἱ Ταραντῖνοι (U) — 11. βουλομένων B. βουλευομένων (U) — 13. καταιήρουν B. καταιηροῦντες U — 14. ἐραχίνοντο B — 14. βαρβάρους BP. βάρβαρον U — 15. τελευτῶν BPU — 16. παρά τινων pro Ταραντίνων B — 17. ὑπὸ BU — 20. ἀναβολὴν U. περιβο-

[1]) Groslus, qui p. 742. inter ἕπεσθαι (v. 32) et καταφεύγουσιν (v. 43), — versuum numeros ipse non addit, — τῶν Ῥωμαίων πολέως (sic) in Sylburgi editione esse dicit, aperte fallitur.

λὴν B — 22. οὐ λέγεσθαι B. (P.) U — 26. δεξόμεθα BU — 27. ὅτι μὴ καὶ τὰ BU — 37. ἐκπληνεῖτε B — 40. Βαρβόλα BP. Βαρβούλα U — 42. Ποστομίῳ BP. Ποστουμίῳ U — 44. ὑποϊςμένοι BPU — 45. Ποστομίῳ BP. Ποστουμίῳ U — p. 744. 2. Αἰμίλιος B — 7. ὠμολόγου BP. ὠμολογοῦν U — 8. ὑπ' αὐτῆς B. (P.) U — ἀχείροτος B. ἀχώρητος U — 14. δὲ add. BP — 18. ἐπὶ pro ἐπεὶ B — διαριθμεῖσθαι BP. ἀριθμεῖσθαι U — 20. καιροὺς add. BP — 21. βουλῇ.

V. = U. V. p. 744. 22. ὅτι πύρρου — in marg. rubro col. ζητ. ἐν τῷ περὶ στρατηγημάτων B. In Pacii libro margini rubrica hoc adscriptum est scholion, ζήτει ἐν τῷ περὶ στρατηγημάτων Sylb. — 24. πύῤῥον BP. Πύρρου U — 25. ἀντιδιαλλαξάμενον BP. ἀνδιαλλαξάμενον U — 27. ἀποδείκνυσι BPU — 31. Φαυρικίῳ BPU — 34. γέωνας BP. νέωνας U — 35. πολεμῶν B. πόλεων PU — 38. πόλεων BP. πολέμων (U) — 41. αὐτῶν τῶν BPU — 47. ἔχοιτε B — p. 745. 1. βουλεύεσθε B. (P.) U — 5. ὑπομείναιμε B — 8. ἐγώ σε BP. ἐγὼ δὲ U — 9. σε ante κράτιστον om. BPU — 10. ἄλλας BP. ὅλας U — 11. ἐλασσόμενον B. (P.) U — 12. μηδὲν ἄμεινον B. μηδένα ἄμεινον U — 22. μέτεχε B. μήταχε P. μέταχε U — 23. εἴσεται B. P. ἴσεται U — 24. eadem lacuna in BPU — 32. οἷς BU — 34. νενικηκόσι BPU — 39. εἶναι Ρωμαῖοι ποιήσαιντο φίλοι BP. εἶναι Ρωμαῖοι ποιήσαντα φίλοι U — 40. λέγεις εἴδη B. P. corrupta haec erant in exemplari. Et λέγῃς sine dubio legendum, εἰ δὲ U — 43. τεκμαιρόμενος BP. τεκμαιρόμενοι U — p. 746. 14. πράττει B — 16. οὔτε pro εἴτ' B — 23. ἐξεγένετο B. (P.) ἐξεγίγνετο U — 24. ὅς ἄρχων τε καὶ μεγίστας ἀρχὰς πρεςβεύων κτέ B. ὃς ἄρχω τε τὰς μεγίστας ἀρχὰς καὶ πρεςβεύω τὰς ἐπιφανεστάτας πρεςβείας καὶ σεβασμίους ut nos emendavimus U — σεβασμίους BPU — 26. ἱερῶν πιστεύωμαι τοὺς ἁγιωτάτους B. in utroque cod: ἱερῶν πιστεύομαι τοὺς ἁγιωτάτους Sylb., sed: ἱερῶν πιστεύωμαι τοὺς ἁγιωτάτους U — 33. ἐνοχλεῖν B — 35. οὐδὲ pro ὁ δὲ B — 39. ἐπαξίωσιν BP. ἀπαξίωσιν U — 41. ἀλλήλους ἴσους BP — 41. πενόμενος BU — 43. οὐχ ὑμῖν ἐποίησε BPU — ἴσους om. BPU — κατηγόρηκε B — p. 747. 2. πάντων pro πάνυ B — ἐμαυτὸν add. BP — ἐπὶ τοῦτο BPU — 5. παρέχει B — 7. ἡδία B — ἣν ἂν ὁ λιμὸς σκεδα (σ') B. videtur legendum: ἢ ἂν τὸν λιμιὸν σκεδάσῃ Sylb. ἣν ἂν ὁ λιμὸς σκεδάσῃ U — 8. πορι (σ') B. πορίσῃ U — 9. παρασχοῦσα BPU

— 12. *δίκαιος εἶναι* BU — 14. *ὑπερβαλόντων* B. *ὑπερβαλλόντων* U — 15. *τοὺς πλησίους* BP. *τοὺς πλουσίους* U — 17. *ὁ* om. BP — 18. *αὐτοὺς* pro *ἂν τοὺς* BP — *ἄστιν* Sylb. *ἅ ἐστιν* UB. omnes om. *δὲ* — 19. *μεταδοὺς* BP. *μεταδιδοὺς* U — 20. *ταῦτα τὰ κοινὰ* BPU — 22. *αἴτιος* pro *ἕτοιμος* B. (P.) U — 24. post *δεομένων* om. *τι* BP — *πράγματα* pro *χρήματα* BPU — 25. *μακαριωτάτους* BP. *μακάριον τοῦτο* U — 26. *πλησιωτάτους* B — 29. *καλῶν* B — 32. *δ' ἐπὶ* om. B — ante *Βρεττίους* om. *καὶ* B — 33. *ἐστάλη τετάρτῳ* B. *ἐστάλην τετάρτῳ* U — 37. *ἐξελὼν ἐπόρθησα* BP. *ἑλὼν ἐπόρθησα* U — 38. *ἐπλούτησα* BU — 39. *προςήνεγκαν* pro *προςεις ήνεγκαν* BU — 40. *τῶν θριάμβων* BU — *ταμιεῖον* BP. *ταμεῖον* U — 41. *δορικτήτων* B. *δορυκτήτων* U — 42. *βουλοιμην* BP. *βουλόμην* U — 43. *καίτοι* pro *καὶ τὸν* B — p. 748. 2. *δέξομαι* B. *δέξωμαι* PU — 3. *ἀλλάξομαι* B. *ἀλλήξομαι* U — 5. *ποσὸς ἦν* BU. *ποσὸν ἦν* P — 9. *κοσμη* (superscr. *σ´*) B. *κοσμήσας* U — 10. *δὲ* B *δὴ* U — 17. *παρόντων*.

Hanc variarum lectionum silvam si attentis oculis perlustramus, non quidem nos potest fugere esse locos quosdam, ubi a P discrepet B[1]), sed si videmus in singularum fere ubivis litterarum discrepantiis versari discrimen, diversitatis cogitatio prae mira constantiae et consensus specie evanescit; prodeant iam eae scripturae, quae inter se consentientes ab Ursini libro abhorrent. Sunt vero hae:

738. 32. *οὖν* BP. *δὲ* U — 740. 24. *ἐπαχθέντες* BP. *ἐπηχθὲντες* — 741. 1. *φλυγέλλης* BP. *φρενέλλης* — *οὐ πρὸ πολλοῦ* BP. *πρὸ πολλοῦ* — 37. *χειμερίζουσα* BP. *χειμάζουσα* — 38. *σαννιτῶν* BP. *σαυνιτικῶν* — 743. 14. *βαρβάρους* BP. *βάρβαρον* — 42. 45. *Ποστόμιος* BP. *Ποστούμιος* — 744. 7. *ὡμολόγου* BP. *ὡμολογοῦν* — 14.

---

[1]) Hos locos conquisitos hic propono: 738. 28. *πιστεύοντας* B. *πιστεύονται* P — 739. 14. *ἤξιου* B. *ἠξίουν* P — 741. 24. *ἀπελογοῦντο* B. *ἀπηλογοῦντο* P — 34. *πείσεσθαι* B. *πειθεσθαι* P — 742. 14. *τοῖς ἀδικουμένοις καὶ καταφεύγοντας* B. *τοὺς ἀδικουμένους καὶ καταφεύγοντας* P — 743. 1. *γρ. πλεῖον* B. *ἐπὶ πλεῖον* P — 744. 35. *πολεμῶν* B. *πόλεων* P — 745. 22. *μέτεχε* B. *μήταχε* P — 748. 2. *δέξομαι* B. *δέξωμαι* P — 5. *ποσὸς* B. *ποσὸν* P —

δὲ add. BP — 18. διαριθμεῖσθαι BP. ἀριθμεῖσθαι — 20. καιροὺς add. PB — 22. ζήτει ἐν τῷ περὶ στρατηγημάτων add. BP — 24. πύῤῥον BP. Πύρρου — 25. ἀντιδιαλλαξάμενον BP. ἀνδίαλλαξάμενον — 34. γέωνας BP. νέωνας — 745. 8. ἐγώσε BP. ἐγὼ δὲ — 747. 2. ἐμαυτὸν add. BP — 15. τοὺς πλησίους BP. πλουσίους — 19. μεταδοὺς BP. μεταδιδοὺς — 25. μακαριωτάτους BP. μακάριον τοῦτο — 37. ἐξελὼν BP. ἑλὼν — 40. ταμιεῖον BP. ταμεῖον — 42. βουλοίμην BP. βουλόμην.

Ita mihi res, ut dicam quod sentio, videtur esse comparata, ut librarium, nisi plus quam humanae diligentiae erat homo, duos libros tam inter se similes exarare potuisse negem. Quod si ea, quae de eodem volumine Sylburgius (not. p. 82. II. 63.) scripsit „hoc περὶ πρεςβειῶν (ita arbitrabatur legendum esse pro πρέςβεων) τεῦχος contextum esse dicitur ἐκ τῶν ὑποτεταγμένων χρονικῶν · α, Πέτρου πατρικίου καὶ μαγίστρου · β, Γεωργίου μοναχοῦ χρονικῆς · γ, Ἰωάννου Ἀντιοχέως · δ', Διονυσίου Ἁλικαρνασέως Ρωμαικῆς ἀρχαιολογίας · ε, ϛ, Πολυβίου Μεγαλοπολίτου καὶ Ἀπιανοῦ" prorsus cum B congruentia invenimus, non duos esse libros B et P, sed eundem credemus. Nam quominus ita statuenti mihi obiciatur librum P prooemio caruisse, cum ignarum [1]) se consilii Constantiniani prodat Sylburgius, cautum est verbis supra positis, quae ipsius prooemii efficiunt partem. Discrepantias igitur illas Sylburgii erroribus natas esse existimo [2]), librum

[1]) Scribit enim not. p. 84. II. 40. „in Pacii libro margini rubrica hoc adscriptum est scholion, ζήτει ἐν τῷ περὶ στρατηγημάτων. In Polyaeni tamen Stratagematis, quae hic videntur intelligi, nullum Pyrrhi stratagema est, quod ad praesentem historiam faciat." Haec ut sunt hominis Constantini consilium ignorantis, ita nihil probant, nisi obiter prooemium legisse Sylburgium.

[2]) Si cui tales in legendis libris mss. errores tam inauditi videantur, ut de diversis exemplaribus protinus cogitandum esse

ipsum e Pacii supellectile litteraria translatum esse in monasterium Garsense, unde a. 1624. inscriptione primi folii teste missus est donum conlegis societatis Iesu Monacensibus.

Iam nobis res est cum homine eo, quem si vere accurateque locutum esse constaret, omnia quae ad librorum legationes continentium archetypum investigandum instituimus, sine fructu essent peritura. Io. Leunclavius enim, cuius studio Dionis Cassii historia Romana Frankofurti a. 1592 in lucem emissa est, in praefatione haec dixit „Ne denique Dio noster auctario quodam destitueretur, quo priores editiones superaret; excerpta Theodosii cuiusdam Graeci hominis e Dione, posterioribus libris inserui, quibus memorabilia nonnulla continentur . . . Fuisse vero nomen hoc illi collectori, quodam in exemplari manu exarato, quod est eruditi viri, Frid. Sylburgii, notatum his verbis reperitur; *Θεοδόσιος ὁ μικρὸς, ὁ ἐρανίσας ταῦτα.*“ Sed dupliciter errabat vir bonus et cum auctario se Dionem locupletare diceret, et cum Theodosii illius excerpta a Legationibus Constantini iussu conlectis diversa esse putaret. Nam si in rem inquiri-

existimet, cum monitum velim — ut ab eodem libro exempla petam — falsum esse, quod Nissenus. p. 338. not. refert, post legationem XCII. P. 1098. 7. scriptam esse *πρὸς τοῦ λ. λόγου.* Nam etiamsi ε et λ litterae, ut, cum verba ista accurate depinxerim, etiam nunc video, mirum in modum inter se conexae sunt, dubium tamen non est, quin *τέλος*. non *πρὸς* scriptum sit. Item P. 194. 6. Niss. 319. *ὅτι* [*οἱ*] *ῥωμαῖοι* legitur, leg. IV. p. 840. 26. Niss. 321. non est repetita, sed tantum v. 16—25 *οὐ μὴ* — *στόλον* iterum posita sunt post *εἰς Ἄτταλον* v. 32. P. 335. 28. Niss. 320 articulum omisit ante *Μαχάτας*; omisit in illo fragmento, quod Ioannis Antiocheni nomen subsequitur. post *ἁπάντων* vocabulum *ἀνθρώπων* compendiose scriptum Niss. p. 320. n. Sed talia semper accidunt, ut non tam nunquam errare, quam raro labi laus sit.

mus, Leunclavium pag. 931—955 videmus omnes, quas Ursinus dedit Legationes I—XXXVII eodem ordine ponere, nisi quod tertiam e duabus temere conflatam dividens, octavo loco vere conlocavit; quae deinde secuntur Theodosii nomine praeposito, eae Ursinianis respondent: 41. 43. 42. 44 parti, 45. 47. 49. 48. 46. 50. 52 parti, 53. 54. 56—77. 80. 81. 82. 83 particulis. Quae quidem ita, ut scribit, e codice ms. deprompsisse Leunclavium, si alibi spectatam eius diligentiam curamque nossemus, non iremus infitias, quamquam mirandum esset Romanorum gentiumque legationes, alibi disiunctas, nullo consilio ratione nulla hic contaminari; sed cautione opus esse id ipsum admonet, quod Leunclavius modo de „aliquibus“ modo de „aliis“ de „tertiis“ modo libris mss. loquitur. Itaque cum tertiae eclogae nullo intervallo coniunctam U et B exhibeant, eam, quam iustum locum post septimam habere intellectum est, huic loco vindicavit non libri ms. praestantia, sed iudicium Sylburgii, cuius schedis[1]) usus est Leunclavius. Nam quod suos libros non eadem qua A et U lacuna laborare dixit, id quale sit perspicimus, si Sylburgium eam (Dio ed. Bek. I. pag. 30. 8.) *διέρριψαν. οὐ μέντοι καὶ* vocabula, quorum primum quidem in A esse videtur[2]), e Zonara (VII. 26. ed. Par. 363.) ascita interponentem explevisse videmus. Non minus coniecturam Sylburgii (Bekk. p. 52. 49. 3.) pro *δυνάμεως ἧς ἦρχε* reponentis *ἧς εἶχε* tenemus; illud enim et U et B tuentur. Sylburgius igitur, qui Iulii Pacii codicem usurpaverat, etiam Schotti fortasse librum contulerat cum Ursini editione, horum

---

[1]) Cf. Schw. Pol. vol. II. p. XXII.

[2]) Dion Cass. ed. Gros. I. p. 150. n. 5.

scripturas suis coniecturis miscens, tribus vel pluribus codicibus Leunclavio usus esse videbatur.

Iam omnes libros, et quorum superioribus temporibus viri docti mentionem fecerunt, et quos in Italia Germaniaque exstare scimus, perscrutati sumus; vaticanum neapolitanumque libris hispanicis originem debere cognovimus, bavaricos ex eodem fonte derivatos esse internis indiciis plurimis nobis persuasimus. Sed in huius ratiocinationis probabilitate consistendum non est: plenam illibatamque certissima testimonia veritatem nobis suppeditant.

Ultima enim libri B. verba haec sunt „*ὑπὸ ἀνδρεου δαρμαριου τοῦ ἐπιδαυριου.*“ Hic librarius[1]) florens saeculi XVI parte altera, qui etiam librum A, ut ex manus similitudine cognoscitur, exaravit, decem annos in Hispaniae variis urbibus commorabatur, unde quos rettulit libros mss. aliis locis alios vendidit[2]). Quamquam autem hoc, ut bavaricos libros ex Italicorum archetypo hispanico fluxisse credamus, etiam magis nos permovet, dubitandi facultas omnis praecluditur, si in ipsa bibliotheca Escorialensi tres libros legationes amplectentes, eosdem Andreae Darmarii manu scriptos exstare comperimus[3]). Sub alterius (n. 44.) finem haec leguntur: „*Ὑπὸ Ἀνδρέου Δαρμαρίου υἱοῦ Γεωργίου*

---

[1]) Cf. quae de eo disseruit E. G. Vogel in Naumanni Serapeo 1844. V. p. 277—82, 1846 VII. p. 254—256.

[2]) Adservantur libri a Darmario in Hispania scripti satis multi in ipsa bibliotheca Monacensi cf. Aretin. III. p. 97. cod. 260. *ὑπὸ ἀνδρέου δαρμαρίου ἐν τῷ ἔτει ͵αφοθ νοεμβρίου λα ἐν μαδριλλίῳ τῆς ἱσπανίας* a. 1579. II. p. 183. 242. III. 25. 96. 245.

[3]) Catalogue des manuscrits grecs de la bibl. de L'Escurial par E. Millor. Par. 1848. p. 27. R—III. 13 cod. 43; p. 28—29. R—III. 14. cod. 44; p. 50. R—III. 21. cod. 51.

τοῦ Ἐπιδαυρίου, εἴληφε τέρμα σὺν θεῷ ἐν τῷ ἔτει ἀπὸ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ͵αφοδʹ, Ἰουνίου κζʹ, ἐν Μαδριλλίῳ. Τέλος σὺν θεῷ τοῦ πρώτου τόμου τοῦ περὶ πρέσβεων Ῥωμαίων πρὸς ἐθνικοὺς ὑπὸ διαφόρων." Prooemium et eosdem scriptores ordine eodem ac B hic liber continet, nec foliorum, quae singuli obsident, numerus discrepat. Theophylacti tantum excerpta suo loco mota alteri volumini (n. 51.) adiecta sunt; eo factum est, ut quae excerpta legationes gentium comprehendunt, ea *περὶ πρέσβεων Ῥωμαίων πρὸς τοὺς ἐθνικοὺς τόμος βʹ* inscriberentur. Theophylacti vero verbis *ἐξίτυλον* (l. *ἐξίτηλον*) *ἦν .... θόλον τῇ περὶ τὰ λάφυρα κτἑ* quae statim pro Polybianis agnoscimus (p. 880. 17. U. 6.), subiecta sunt. In eodem volumine post Polybium Iosephi, Zosimi, Dexippi, Socratis, Petri, Diodori, Dionis excerpta insunt, ultimae vero paginae locum infimum *Ὅτι οἱ Ἀθηναῖοι* verba occupant. Hinc Millerus conclusit periisse volumen alterum, cuius in principio illa verba olim scripta fuissent. Alienis negotiis occupatum habuit animum haec scribens; reliquorum scriptorum enim legationes tantum abest, ut interierint, ut paucis paginis interpositis alterum volumen huic subiciendum ipse recensuerit Millerus. In codice enim 43. (p. 27.) primum locum obtinet Herodotus, cuius excerpta quomodo incipiant etiamsi Millerus monere praetermisit, tamen e bavarico A scimus; in hoc enim verba corrupta „*ὅτι ἀνθῆναι μετὰ τοῦτα*" desumpta ex Herodoti libro V. c. 73, ubi legitur „*Ἀθηναῖοι δὲ μετὰ ταῦτα Κλεισθενέα*" quale exordium liber Escorialensis habeat, cum reliqua, quae enotavit Millerus, conspirent, abunde comprobant: codices Escorialenses 51. et 43. eosdem quos

A. scriptores continent; 43. vero Theodosii illius, cuius Casaubonus ac Leunclavius mentionem inferunt, nomen in margine adscriptum prae se fert; nam etsi Millerus (p. 27.) scribens „Theodosii cuiusdam sub Constantino Porphyrogenito clari“ non ipsam codicis scripturam expressisse, sed verba graeca cum latinis temere videtur commutasse[1]), tamen cum graecis „ὁ ἐρανίσας τὸ παρὸν Θεοδόσιός ἐστιν ὁ μικρός“ ita consentiunt, ut dubitare non queamus, quin diserto testimonio vir ille doctus designetur, cui legationes gentium erant ex historicorum operibus excerpendae.

Ad extremum ne ulla res ad horum librorum originem et fortunam cognoscendam desit, quae fuerit inter Antonium Augustinum et Andream Darmarium consuetudo et familiaritas aperiendum est. Habebat episcopus optimarum litterarum amantissimus graecum librarium apud se eo ipso tempore quo legationum inveniendarum spes affulsit; hunc cum Matritum, ubi Philippo regi libros suos erat oblaturus, dimitteret, ut inde et ipse libros nonnullos descriptos[2]) acciperet Hieronymo Zuritae vehementer commendabat. Describi vero Antonius Iohannis Paezii libros quosdam, qui, utrum in bibliothecam S. Laurentii translati essent necne alia epistola quaesiverat[3]), sibi voluit; Darmarium vero, qui mense

[1]) Fabricium, cuius bibl. gr. VII. p. 531. laudat videtur esse secutus.

[2]) Cartas españolas de Don Antonio Augustin. oper. vol. VII. p. 203. A. Geronimo Zurita „Andres Darmaro Griego amigo mio lleva ciertos libros para presentar a su Magestad, y vive de escrivir, y vender libros Griegos; v. m. me la hará en favorecerle y ayudarle en lo que se ofreciere — En Barcelona a. XXIII. de Noviembre (1572.)

[3]) Ib. p. 211. Deseo entender de los del Dotor Paez, si pararon en la Libreria de S. Lorenço.

Septembri a. 1573 ad Zuritam pervenerat, ab hoc bene acceptum gaudens, se suspenso animo exspectare, quid tandem e bibliotheca Escorialensi protracturus sit, dicit[1]) additque Darmarium, si librorum illic repositorum typis tradendorum consilium cepisset rex, optimum foro adiutorem. Eiusdem anni mense octobri, cum audiisset Augustinus, regem non intercedere, quominus ei libri, quos concupivit, transscriberentur, Zuritam amicum, ut illos libros quam celerrime describendos curet, exhortatur; nominat vero inter libros, quos maxime expetit ipsas legationes, quarum inventarum nuntium brevi post ad Fulvium Ursinum mittit.[2])

Iam ad finem totius quaestionis pervenimus, ut respiciendum sit, quidnam in codicum excerptas legationes continentium familia et archetypo explorandis consecuti simus.

Erant igitur, ut rem paucis comprehendam, a. 1573 in bibliotheca Escurialensi duo libri mss., huc translati e Ioannis Paezii rebus. Horum alter legationes gentium amplectens congruebat cum libro bavarico B, alter libri A fuit simillimus; nam quominus scriptorum ordinem talem fuisse arbitremur, qualem Escorialenses libri 43 et 51 praebent, impedit quod, cum Eunapii partem

---

[1]) ib. p. 214, quae epistola a. d. IV. Idus Sept. a. 1573 scripta est.

[2]) Ib. p. 204. Gracian me escrive, que su Magestad le dà licencia que se copien para mi los libros que pido, y que el querria que no los copiasse Andres Darmaro, sino Nicolas de la Torre; sospecho que sea por darle essa ganancia, y a mi todo me es uno, con que se haga, v. m. me la haga en solicitarlo: los libros principales que deseo, son, el septimo, y principio del octavo de los Basilicos, y del libro de Legationibus, que era de Ioan Paez. — en Zaragoça a XII. de Octubre 1573.

extremam, Polybii primordia lacuna hausisset, hos scriptores sese excepisse patet. Litteris uterque codex minutis erat exaratus — App. p. 29. 1. ἀγχέμαχοι B. ἀγχέμαχον U. Dionys. 744. 34. γέωνας B. νέωνας U. —, in margine huc illuc variae scripturae erant annotatae P. 1081. 27. μετὰ μεγάλης σπουδῆς in text. μετὰ μεγάλης τίμης in ora U. — 1114. 9. πολλῆς δυνάμεως, in marg. γρ. ἐπιστάσεως B — 1158. 1. τοῖς αὐτοῖς text. τοῖς ἐχθροῖς ad oram U. —, compendia scribendi praeter usitatissima, ut θς = θεὸς, ἀνος = ἄνθρωπος rara erant, scriptorum verba frequentibus lacunis dirempta corruptelis omnis generis scatebant.

Ex his libris ducti sunt codices duo Andreae Schotti[1]), quos hic ab Antonio Augustino accepisse putandus est, e quibus aliqua pars a. 1574. transscripta ad Ursinum missa codicibus vaticano et neapolitano continetur. Fluxerunt ex archetypis Escorialensibus codices Escorialenses 43. 44. 51., bavarici A. B. Darmarii manu scripti omnes. Horum A. a. 1603. erat Augustae Vindelicorum, quo tempore Hoeschelius eo usus est, B cum a Iulio Pacio aut Genevae circa annum 1580[2]), aut Heidelber-

[1]) De his ita Hoeschelius ad Iosephum Scaligerum scribit: „(codices) quos habemus A. Schotti et e Bibliotheca Bavara, eodem tempore, manu eadem, ex eodem codice χθὲς καὶ πρώην a recenti Graeculo transscripti sunt satis mendose, neque integre, ut ex iam editis ab Ursino constat, qui cum his nostris alicubi collati sunt“ (P. Burmanni Sylloge epist. II. p. 354. ep. CXI.) Inde concludendum est, Darmarium illos libros, quos concupivit Antonius Augustinus, transscripsisse, etiamsi alteri cuidam Graeculo hoc negotium impertiebat rex.

[2]) Tunc temporis, cum Pacius Genevae ius doceret (Chaufepié supplement au dictionnaire hist. et crit. de Pierre Bayle III. P. 1—4.) Darmarium urbem illam adiisse ex epistola Casauboni (291.) discimus a. 1602 ad Hoeschelium scribentis „Eclogas

gae paullo post emptus, Sylburgio, cuius schedis Leunclavius usus est, ad conferendum traditus in Bavariam postea translatus est. Ex eodem fonte etiam Pithoei et Thuani libros, quos a Casaubono commemorari scimus[1]), cum ad historicorum verba emendenda quid valuerint ignorantes, non multum contulisse intellegamus, manasse censeo. Indidem originem repetere Ambrosianum, cuius in prima pagina Kiesslingio teste scripta sunt haec „ex antiquissimo libro S. Laurentii Scorialensis", est veri simillimum. Hinc consequens est, ut ab eo, etsi paullo fortasse proprius ad archetypum accedens meliores scripturas nonnullis locis plenioresque, quam reliqui libri praebeat, plerique tamen loci corrupti salutem sperare non queant. Ipsi vero Paezii libri, quos hoc saeculo nemo se vidisse testatus est, incendio, quo bibliothecae Escorialensis magna pars a. 1671 absumebatur, videntur interiisse.

Sed redeat tandem aliquando a quo digressa est ad Polybium disputatio nostra. Ad huius excerpta emendanda B. non tantundem auxilii, quantum ad reliquorum scriptorum locos nonnullos opportune corrigendos supplendosve, attulit. Attamen nonnulla ex illo codice Nissenus commode in Polybii usum enotavit, nonnulla prae-

---

Πρεςβειῶν, oro te per Musarum sacra, ede quantocius. Memini ante viginti amplius annos videre illa excerpta in Darmarii Graeci hominis manibus." Tubingae erat Darmarius a. 1584 (Martini Crusii schwäbische Chronik II. p. 356) eodemque anno Argentorati commorabatur. (Catalogus codd. mss. bibl. regiae. Parisiis 1740. II. p. 454. cod. MMCL.)

[1]) Nusquam eorum iterum mentio fieri videtur; librum Thuaneum vel in „catalogi bibl. Thuaneae ed. Ios. Quesnell, Lauenburgi ad Albim 1704." codd. gr. mss. p. 419—466. frustra quaesivi.

termisit: quorum ut unum proponam, Antiochum, qui Philippo a Romanis devicto cum exercitu in Europam erat transgressus, cum a Romanorum legatis esset interrogatus, quo id iure fecisset, ex Ursini recensione legimus respondisse, Thraciam, cuius terrae imperium Lysimacho victo in Seleuci transiisset ditionem, hereditatis iure ad se pertinere. Sunt verba p. 895. 25. haec: *αὐτὸς δὲ νῦν οὐ κτᾶσθαι τοῖς Φιλίππου καιροῖς συνεπιτιθέμενος, ἀλλ' ἀνακτᾶσθαι τοῖς ἰδίοις καιροῖς συγχρώμενος.* Excusationem in eo versari debere, ut dicat, non in aliorum se ingredi possessiones, sed sua sibi ab aliis erepta optimo iure repetere, videmus; sed quae tantem haec est se excusandi qua Antiochus utitur ratio? Quid, quaeso, interest importunone aliorum tempore, an tuo opportuno utaris ad rem aliquam occupandam? Iniuria fieri potest utroque modo. Unice igitur verum est, quod B praebet „*τοῖς ἰδίοις δικαίοις συγχρώμενος*“, quae formula, ne cui a Polybiano loquendi more videatur abhorrere, similem locum adscribo (p. 991. 10), ubi legitur „*καταγνόντες τῶν ἰδίων δικαίων.*“

Iam cum vidimus verbum quoddam, cuius memoria in animo librarii haesit, inlatum esse in locum vicinum genuina scriptura expulsa, ad locum quendam accedamus, qui mutilus mihi nunc videtur circumferri. Hieronymus, rex Syracusanorum, qui patris in Romanorum societate servanda constantiam et prudentiam spernens, cum hanc eius abalienationem sentiens consul Romanus legatos pristinum foedus renovaturos misisset, cum cavillatione eis respondisse fertur, *ἅτ' ἐν μίσει ὄντων τῶν πρεσβευτῶν.* (p. 551. 23.) Sed non ita scripta sunt verba in codicibus. Ursinus vero, cum de hoc loco in anno-

tationibus ageret, quoniam non quid in libris reppererit disertis verbis indicat, sed tantum, quomodo contextum ad Livii verba restituerit, dicit, ambiguum editoribus de hoc loco fecit iudicium. Omnia autem illa, quae asteriscis positis inclusit Ursinus (p. 551. 20 *ταῦτα* — 23. *Ἱερώνυμος*) e coniectura profecta, vel potius ad sarciendum orationis defectum e Livio (24. 6) ascita sunt. In codicibus haec leguntur post magnam illam lacunam *εἴτ' ἐν μίσει ὄντων τῶν πρεσβευτῶν, εἴτ' ἐν μίσει ὄντων τῶν καρχηδονίων.*" Horum ultima non librarii socordia repetita esse, *καρχηδονίων* vocabulum comprobat; non igitur ita in integrum locus potest restitui, ut altero orationis membro abiecto *εἴτ'* mutetur in *ἅτ',* sed tenendum est, Carthaginienses, qui ab Hannibale Hieronymum a Romanorum partibus abstracturi missi erant (p. 551, 4. 27.), regem ut legatis superbe responderet, impulisse. Nihil igitur nisi verba *εἴτ' ἐν μίσει ὄντων* perperam bis posita reliquis non turbatis labem loco adspergere videntur sic in integrum restituendo, ut scribatur „*εἴτ' ἐν μίσει ὄντων τῶν πρειβευτῶν, εἴτ' ἐρεθιζόντων τῶν Καρχηδονίων.*

Omnino in his exceptis nullum corruptelarum genus, si nomina propria saepissime depravata excipis, tam late patet, quam lacunae. Quarum cum duplex ratio sit, alterae enim ab ipsis excerptoribus brevitati improbe studentibus effectae, alterae a recentioris aevi librariis neglegenter scribentibus inlatae sunt; illas omitto, quia persaepe, ut multis et luculentis exemplis Nissenus demonstravit, quid ex aliorum scriptorum operibus ad Polybium auctorem referendum sit, indagari potest, non potest definiri, quibus id verbis Polybius elocutus sit. Alterum vero lacunarum genus ita est comparatum, ut

ipsius orationis sententiaeque conformatio eversa adminiculum postulet, quod ei aut eisdem aut similibus, quam quae ipse scripsit Polybius, verbis comprehensum possit suppeditari. Talia mancae orationis supplementa e Livio potissimum et e Diodoro, qui in emendandis Polybii reliquiis operam conlocaverunt, adsciverunt egregium multis locis auxilium ferentes; nonnullos simili medicina indigentes superesse censeo.

Legatos Ariarathis legimus (p. 1090. 20.) Romam venisse auream coronam populo Romano offerentes *καὶ διασαφοῦντας τὴν τοῦ βασιλέως προαίρεσιν, ἣν ἔχει πρὸς τὰ Ῥωμαίων πράγματα· καὶ τ ο ύ τ ω ν μάρτυρας ἐποιοῦντο τοὺς περὶ τὸν Τιβέριον.* Ultima verba, quae ut in codicibus scripta inveniebantur *μάρτυρας ἐπέμποντο,* Casaubonus verbis „cuius rei testem citabant“ expressit, cum corrupta esse viderent, Gronovius et Reiskius *μάρτυρας ἐποιοῦντο* rescribere non dubitaverunt. Sed quamquam unum hac mutatione admissa mendum bene sublatum esse arbitror, alteram tamen difficultatem adhuc locum obsidere censeo. Pluralis enim numerus *τούτων*, pro quo in versione latina Casaubonus singulari numero „cuius rei“ posuit, quorsum spectat? Num ad ambo illa, quae antea narrata sunt, coronam auream muneris loco adlatam, et regis animum Romanorum rebus faventem, illum licebit referre? At non eget testimonio res, quae oculis cernitur. An *τούτων* respicere putabimus, ad solam regis voluntatem? Sed non facile me adduci patior, ut tam inconcinne Polybium scripsisse credam. Immo, ut quis supersedeat Diodori reliquias cum Polybianis aliis locis comparare, si libri XXXI caput 39 cum eo de quo agimus loco composuerit, non historiis Polybii usum esse

Diodorum, sed eas transscripsisse confitebitur, ita paene ad verbum omnia sibi respondent. Retracta igitur e Diodoro verba „ἔτι δὲ τὴν δι' ἐκείνους γενομένην ἀπόρρησιν τοῦ γάμου καὶ φιλίας πρὸς Δημήτριον" [1]), quae iam pronominis plurali numero positi rationem reddunt, Polybio reddamus, ut quasi magnae pecuniae usuras quasdam accipiens suo commodo non prorsus defraudetur.

Alio loco (p. 1093. 8.) post praedicatam Aemilii Paulli continentiam, qui opulentissimis Hispaniae Macedoniaeque populis devictis in rem familiarem e maxima praedarum copia nihil transtulit, haec posita sunt „τοσοῦτον ἀπέλιπε τὸν ἴδιον βίον ὥςτε μὴ δύνασθαι τὴν φερνὴν τῇ γυναικὶ διαλῦσαι πᾶσαν ἐκ τῶν ἐπίπλων, εἰ μὴ τῶν ἐγγείων τινὰς προςαπέδοντο κτήσεων." Annotat ad hunc locum Reiskius „μὴ δύνασθαι. Quis non poterat? Aemilius? mortuus? Utique: nam cuius creditoribus satisfit ex eius bonis relictis, ille solvere dicitur, non minus mortuus, quam vivus. Sed nil opus est eo confugere: subaudiri potest τὸν βίον 'non poterant eius facultates solvere dotem et praestare totam uxori.' Potest quoque τοὺς παῖδας excidisse." — Schw. contra provocans ad ea, quae in annotationibus ad I. 4. 1. tom. V. p. 136 scripserat, morem Polybii „infinitivum verbi activi pro passivo, vel impersonabiliter, ut aiunt grammatici, usurpandi" huic anacolutho defendendo praetendit. Sed illum locum (p. 6. 19) prorsus probabili coniectura F. Hultschius [2])

[1]) Demetrium „Ariarathi, regi Cappadociae, propter fastiditas sororis nuptias infestum" fuisse tradit etiam Iustinus XXXV. 1.

[2]) In ann. Jahnii III. p. 832; etiam Campius in „quaestionum Polybian. particula II. Greiffenbergiae 1855. VII. δεῖ adden-

δεῖ ante *διὰ* addito videtur sanasse; hoc loco quam tertiam posuit suspitionem Reiskius excidisse verba nonnulla, a quibus *ἀπέδοντο* dependeat, existimans unice veram esse mihi persuasi. Hoc ut verisimile fit comparatis Polybii ipsius verbis p. 881. 26. eandem rem sic narrantis „*μεταλλάξαντος γοῦν αὐτοῦ τὸν βίον οὐ πολὺ κατόπιν τοῦ πολέμου, βουληθέντες οἱ κατὰ φύσιν υἱοὶ Πόπλιος Σκιπίων καὶ Κόιντος Μάξιμος ἀποδοῦναι τῇ γυναικὶ τὴν φερνήν, εἴκοσι τάλαντα καὶ πέντε, ἐπὶ τοσοῦτον ἐδυςχρήσθησαν ὥςτ᾽ κτἑ*, ita Diodorus Polybii vestigia secutus non dubitandum est, quin quod in Polybii verbis, ut nunc sunt, desideramus subiectum, nobis conservaverit. Is enim post *ὥςτε* (31. 37.) sic pergit: *μετὰ τὴν τελευτὴν τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ τοὺς δοθέντας εἰς υἱοθεσίαν, διαδεξαμένους τὴν κληρονομίαν κτἑ.* Haec a Polybianis non multum saltem abhorrentia enunciatum, ut recto talo stet, efficiunt.

Lacera est oratio etiam p. 1099. 18, ubi, posteaquam de Publii Cornelii Scipionis Aemiliani liberalitate dictum est, cum nude adderetur *φήμης περὶ αὐτοῦ διαδιδομένης μετήλλαξεν ἡ μήτηρ*, vitium subesse perspiciens Reiskius *μεγάλης δὲ* aut *λαμπρᾶς δὲ*, aut *τοιαύτης δὲ φήμης* scribendum esse monuit. Et de adiectivo quidem vereor, ut certum quid definiri queat, sed quod loci sensus suadet et librarii oculis deceptis lacunae habet explicationem, ante *φήμης ἤδη* scriptum fuisse censeo. — Matre mortua Scipio nihil eorum, quae vivae donaverat, recepit. Quae cum Diodorus 31. 38

---

dum esse ratus, palimpsestum vaticanum, in quo legitur *ὑπὸ δὲ μίαν σύνοψιν*, hanc ipsam emendandi viam monstrare dicit.

sic elocutus esset τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ κομίσασθαί τι τῶν πρότερον δωρηθέντων κτἑ in Polybianis p. 1099. 19. τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ κομίσασθαι ὧν πρότερον ἐδωρήσατο vocem τι, quae sane facillime poterat interire — eadem cum ante τοὺς p. 1020. 25 ommissa esset in Ursini libro, e B restituenda est — ante ὧν videtur intercidisse, qua demum revocata genitivum recte positum esse apparet.[1])

Nec p. 717. 21. omnia integra sunt. Anno belli punici secundi duodecimo, cum exercitus pars propter stipendia atque alimenta non bene praebita relicto Marcio duce ad Magonem transire vellet, Scipio impunitate proposita, ut hoc consilio in mediis Hispanorum gentibus infestis commoranti perniciosissimo ommisso in castra ingrederetur, effecit, auctores facinoris morte multaturus, reliquos metu iniecto ad officia obeunda revocaturus. Et ea quidem ipsa nocte, qua milites seditiosi in castra intraverant, capita coniurationis inter epulandum comprehensi in vincula coniecta sunt, postero die

[1]) Haec ratio scribendi, qua Diodorus Polybii fere omnia, de suo nihil addens, in suum transfert opus, non raro efficit, ut illius reliquae alterius codicis Polybiani instar sint; hinc ut multa multis locis et supplere licet et emendare, ita ad Polybii verba ab importunis coniecturis defendenda Diodorum nobis prodesse videmus. Cuius rei, ut unum exemplum proponam cum p. 1068 de Antiocho apud Daphnen ludos magno apparatu edente sermo esset, Naberus Mnemos. VI. 248 negavit, Polybium scripsisse „ἵππον γὰρ ἔχων εὐτελῆ παρέτρεχε παρὰ τὴν πομπήν“ (1068. 22.) Sed cum rex inter mimos et sanniones se immiscuerit idque ipsum risum moverit, quod in splendore ac magnificentia ludorum rex ipse suam dignitatem non servans servi vicem videbatur sustinere, locum apparet non esse sollicitandum. Neque credo Naberum, qui pro εὐτελῆ reposuit ἐντελῆ, quidquam mutare ausum esse, si Diodori verba 31. 24. legisset haec „παρέτρεχε γὰρ παρὰ τὴν πομπὴν ἱππάριον ἔχων εὐτελές.“

prima luce reliquos Scipio ad concionem convocavit, ut, dum eos oratione increparet, reliqua exercitus pars ex improviso circumfusa metum eis incuteret. Verba haec sunt „πάντων δὲ συντρεχόντων κατὰ τὸν ἐθισμὸν ἅμα τῷ σημῆναι, καὶ μετεώρων ὄντων ταῖς διανοίαις πότ' ὄψονται τὸν στρατηγὸν καὶ τί ποτ' ἀκούσονται περὶ τῶν ἐνεστώτων. Quae cum sic, ut vertenda sunt, apud Schw. latina reddita legimus „Simul ac datum est signum, omnes confestim pro more concurrere, mentesque omnium futuri exspectatione suspendi, ecquando imperatorem essent visuri, ecquid de rebus praesentibus audituri" iure nostro miramur, quid sit quod Scipio militibus, quorum valde dubia erat fides, ad animos sermonibus inritandos tempus concesserit; celerrime erat agendum, ut bonum eventum res haberet. Id ipsum Livius significat scribens „ad tribunal ... concurrunt. Simul et imperator in tribunal escendit (28. 26), cui adstipulatur Appianus, cuius verba (hisp. 35. p. 69. 29.) haec sunt „αὐτὸς δ' ἄρτι φαινομένης ἡμέρας ἐπὶ τὸ βῆμα ἐκομίζετο." Sed ne Polybium quidem re vera Scipioni talem temeritatem affinxisse ex ipsius verbis apparet. Milites enim, qui imperatoris morbo correpti nuntio accepto seditionem moverant, eum adhuc languentem se visuros esse credebant; quod cum praeter spem eum subito (v. 28.) viribus integris florentem adspicerent, metu perculsi sunt. Itaque, quae vocula post διανοίαις propter litterarum similitudinem intercidit, οἷόν ποτ' ὄψονται congruenter alteri membro scripserat Polybius.

VITA.

Natus sum Ernestus Henricus Ferdinandus Schulze Gothae a. h. s. XLII. patre Mauricio, matre Emilia e gente Waitziana. Fidei addictus evangelicae litterarum elementis in ea schola publica, cui pater optimus praeerat, imbutus, adscriptus sum alumnis gymnasii Ernestini, quod Rostio Marquardtioque moderantibus et florebat et floret. Hisce aliisque praeceptoribus grato animo mihi semper colendis cum per novem annos usus essem, auctumno a LXII. Ienam me contuli studiis philologicis operam daturus. Audivi per annum docentes Gaedechensium, Göttlingium, C. Fischerum, Nipperdeium, Mauricium et Adolphum Schmidtios; huius exercitationibus historicis, philologicis seminarii, quas Göttlingius Nipperdeiusque regunt, mihi interesse licebat. Iena relicta Bonnam petii, ubi ab auctumno a. LXIII. usque ad hoc tempus scholas obii Brandisii, Calceri, Gildemeisteri, Jahnii, Maurenbrecheri, Monardii, Ritschelii, Ritteri, Simrockii, Springeri, Sybelii, Troschelii, Wachsmuthii. Exercitationibus philologicis, quas moderabantur, Reifferscheidius Wachsmuthiusque me per annum interesse voluerunt, quo tempore intericecto Jahnii Ritscheliique benignitate mihi contigit, ut in seminarium philologicum reciperer, cuius per annum sodalis, hac hieme fui senior. Ut logicas exercitationes obirem Brandisius, in seminario archaeologico ut vires meas exercerem Iahnius, ut exercitationibus epigraphicis interessem Ritschelius benignissime mihi concesserunt. Quibus viris omnibus, qui mihi egregii in litteris tractandis duces auctoresque exstiterunt, cum libentissime quantum debeam publice profitear, tum Iahnio Ritschelioque, quorum potissimum institutioni, si quid in litteris proficiam, id acceptum refero, studia mea cupio probare.

SENTENTIAE CONTROVERSAE.

I. *Diodor. XXXII. 4 scripsit:* καί τινας κατὰ τὴν Μακεδονίαν ἐρριζοτόμησεν [οἷον τὸν Περσέα].

II. *Eurip. Helen. v. 1225. ed. Nauck sic constituo:* Φίλος γάρ ἐστιν, ὥς ποτ' ἦν ἔτ' ἐνθάδ' ὤν.

III. *Liv. XLIV. 24. 10 et alibi nominis forma Herophon revocanda est.*

IV. *Apul. de habitud. doctr. I. 2. verba corrupta sic refingenda sunt: „Tragoediis et dithyrambis suum stilum finxit."*

V. *Sophocles in tragoediis, quas ante ol. 89. docuit, praeter praepositiones cum substantivis coniunctas (cf. Rossb. et Westph. Metr. III. 188), si arsin duabus syllabis brevibus extulit, etiam alia admisit monosyllaba.*

VI. *Non continuas tres praeturas Philopoemen Achaeus gessit.*

VII. *Quod Henricus Keilius dixit (Mus. Rhen. VI. 146), iam saeculo XII. e codice Taciti, qui nunc est Florentiae (laur. 68. 11.), alios libros esse derivatos, id testimoniorum fide caret.*

VIII. *In explicandis artis monumentis vitae privatae ratio est habenda, ne ipsius doctrinae mythologicae subtilitas iudicii veritati obsit.*